λβ'. Οὐκοῦν καὶ νῦν ταῦτα λέγων ἕκαστος ἔστω θαῤῥῶν, ὅτι δι' αὐτῶν ταχέως ὁ Θεὸς ἐπακούσεται τοῖς δεομένοις· εἴτε γὰρ θλίβεται λέγων ταῦτα, μεγάλην ὄψεται τὴν ἐν αὐτοῖς παράκλησιν· εἴτε πειράζεται καὶ διώκεται ψάλλων οὕτως, δοκιμώτερος ἀναφανήσεται, καὶ σκεπασθήσεται παρὰ τοῦ Κυρίου, τοῦ καὶ τὸν εἰπόντα ταῦτα σκεπάσαντος· ἐν τούτοις τὸν μὲν διάβολον ἀνατρέψει, τοὺς δὲ δαίμονας αὐτοῦ σοβήσει. Ταῦτα λέγων εἰ μὲν ἥμαρτεν, ἑαυτὸν ἐντρέψει καὶ παύσεται· εἰ δὲ μὴ ἥμαρτεν, ὄψεται ἑαυτὸν χαίροντα, ὅτι τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται, καὶ ἀγωνιζόμενος μὲν ἰσχύσει ψάλλων οὕτως, οὐ σαλευθήσεται δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπατῶντας καὶ πλανᾷν ἐπιχειροῦντας C ἐλέγξει· καὶ τούτου οὐκ ἄνθρωπος ἐγγυητὴς, ἀλλ' αὐτὴ ἡ θεία γίνεται Γραφή. Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο τῷ Μωϋσῇ γράψαι τὴν μεγάλην Ὠδὴν, καὶ διδάξαι τὸν λαόν· τόν τε καθιστάμενον ἄρχοντα κελεύει γράψαι τὸ Δευτερονόμιον, ἔχειν τε τοῦτο μετὰ χεῖρας, καὶ μελετᾷν ἀεὶ τὰ ἐν αὐτῷ ῥήματα, ὡς ἀρκούντων τῶν ἐν αὐτοῖς λόγων πρός τε ὑπόμνησιν ἀρετῆς, καὶ βοήθειαν φέρειν τοῖς γνησίως αὐτοὺς μελετῶσιν. Ἀμέλει ὁπηνίκα εἰς τὴν γῆν εἰσῆλθεν ὁ τοῦ Ναυῆ, βλέπων τὰς τῶν ἐχθρῶν διατάξεις, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἀμορῥαίων πάντας συνελθόντας εἰς πόλεμον, αὐτὸς ἀνθ' ὅπλων καὶ ξιφῶν τὸ Δευτερονόμιον ἀναγνοὺς εἰς τὰ ὦτα πάντων, τά τε ῥήματα τοῦ νόμου ὑπομνήσας, καὶ τούτοις τὸν λαὸν καθοπλίσας, περιγέγονε τῶν πολεμίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωσίας, D εὑρεθέντος τοῦ βιβλίου, καὶ ἀναγνωσθέντος εἰς τὰς πάντων ἀκοὰς, οὐκέτι τοὺς ἐχθροὺς ἐφοβεῖτο. Καὶ εἴ ποτε δὲ πόλεμος ἦν τῷ λαῷ, ἡ κιβωτὸς ἔχουσα τὰ πυξία τοῦ νόμου προώδευε πάντων, καὶ ἤρκειτο τούτοις ἀντὶ πάσης παρατάξεως εἰς βοήθειαν, εἰ μή τις ἦν παρὰ τοῖς βαστάζουσι καὶ ἐν τοῖς λαοῖς προκρατήσασα ἁμαρτία καὶ ὑπόκρισις. Πίστεως γὰρ καὶ γνησίας διαθέσεως χρεία, ἵνα ὁ νόμος εἰς τὰ κατ' εὐχὴν συνεργάζηται.

λγ'. Ἐγὼ γοῦν, ἔλεγεν ὁ γέρων, ἤκουσα καὶ παρὰ φρονίμων ἀνδρῶν, ὡς ἄρα τὸ παλαιὸν ἐν τῷ

[33] Hebr. xi, 33-35. [34] Deut. xxxi, 19. [35] Deut. xvii, 18. [36] Josue viii, 34, 35. [36] IV Reg. xxii, 8-11.

Digitized by Google

Ἰσραήλ, μόνον ἀναγινώσκοντες τὰς Γραφὰς, ἐδίωκον δαίμονας, καὶ ἠλέγχουν τὰς παρ' αὐτῶν τοῖς ἀνθρώποις γινομένας ἐπιβουλάς. Ὅθεν καὶ καταγνώσεως πάσης ἀξίους εἶναι ἔλεγε τοὺς ταῦτα μὲν ἀφιέντας, συντιθέντας δὲ ἑαυτοῖς ἔξωθεν πιθανὰ ῥήματα, καὶ ἐν τούτοις ἐξορκιστὰς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντας. Μᾶλλον γὰρ παίζουσι, καὶ παρέχουσιν ἑαυτοὺς ἐκείνοις εἰς τὸ χλευάζεσθαι· οἷα πεπόνθασιν Ἰουδαῖοι οἱ Σκευᾶ υἱοὶ, ἐπιχειρήσαντες καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐξορκίζειν. Ταῦτα μὲν γὰρ ἀκούοντες παρὰ τῶν τοιούτων οἱ δαίμονες παίζουσι· τὰ δὲ τῶν ἁγίων ῥήματα φοβοῦνται, ἢ καὶ φέρειν αὐτὰ οὐ δύνανται. Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς τῶν Γραφῶν ῥήμασιν ὁ Κύριος, ὃν μὴ δυνάμενοι φέρειν ἔκραζον· *Δέομαί σου, μή με πρὸ καιροῦ βασανίσῃς*· ἐκαίοντο γὰρ καὶ μόνον βλέποντες παρόντα τὸν Κύριον. Οὕτως καὶ ὁ Παῦλος παρήγγειλε τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν· οὕτως καὶ τοῖς μαθηταῖς ὑπετάσσετο τὰ δαιμόνια. Καὶ ἐπὶ Ἐλισσαίου δὲ τοῦ προφήτου ἐγένετο χεὶρ Κυρίου, καὶ προεφήτευσε περὶ τῶν ὑδάτων τοῖς τρισὶ βασιλεῦσιν, ὅτε ἔψαλλε κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ ὁ ψάλλων. Οὕτως καὶ νῦν, εἴ τις κήδεται τῶν πασχόντων, ταῦτα λεγέτω, καὶ μᾶλλον τόν τε πάσχοντα ὠφελεῖ (9*), καὶ ἑαυτοῦ τὴν πίστιν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν ἐπιδείξεται· ὥστε, καὶ ταύτην ὁρῶντα τὸν Θεὸν, τελείαν τὴν θεραπείαν παρασχεῖν τοῖς δεομένοις. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἅγιος γινώσκων, ἔλεγεν ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ· *Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου*· καὶ πάλιν· *Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου.* Ἐν τούτοις γὰρ καὶ σωτηρίαν ἐκέρδαινον, λέγοντες· *Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶ, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου.* Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἐν τούτοις ἠσφαλίζετο τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν, λέγων· *Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ γένηται.* Ταῦτα καὶ σὺ μελετῶν, καὶ συνετῶς ἐντυγχάνων οὕτως τοῖς ψαλμοῖς, τὸν μὲν ἐν ἑκάστῳ νοῦν *ὁδηγούμενος ὑπὸ τοῦ Πνεύματος* καταλαβεῖν δυνήσῃ. Τοιοῦτον δὲ καὶ σὺ ζηλώσεις βίον, οἷον ἔσχον οἱ ταῦτα θεοφορούμενοι λαλήσαντες ἄνδρες ἅγιοι.

ction dæmones fugabant, et insidias ab ipsis adversum homines paratas destruebant. Quare omni damnatione dignos esse dicebat eos qui, his omissis, adscitisque aliunde verbis elegantibus, in iis sese exorcistas nominarent. Potius enim ludunt, ac se dæmonibus ridendos offerunt, sicut accidit Judæis filiis Scevæ [37], qui eo ipso modo exorcizare tentaverunt. Hæc itaque cum audiunt ab ipsis dæmones, eis illudunt; contra vero sanctorum verba reformidant, nec possunt ea sustinere. In Scripturarum namque verbis est Dominus, quem cum ferre non possent, clamabant : *Rogo te ne me ante tempus torqueas* [38]. Urebantur siquidem cum præsentem Dominum tantum viderent. Ita et Paulus imperavit impuris dæmonibus [39], ita et discipulis subjiciebantur dæmonia [40]. Et super Eliseum prophetam facta est manus Domini [41], cum tribus regibus prophetavit de aquis : dum scilicet psaltes juxta ejus mandatum psalleret. Eodem modo etiam nunc si quis de patientibus sollicitus sit, ista dicat, patientemque valde juvabit, suamque fidem veram firmamque comprobabit; adeo ut illam Deus intuens, perfectam sanitatem rogantibus tribuat. Id cum cognosceret sanctus ille, aiebat in centesimo decimo octavo psalmo : *In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos* [42]. Et rursum : *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ* [43]. In his enim etiam salutem consecuti sunt, dicentes : *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea* [44]. Unde et Paulus his ipsis confirmabat discipulum suum dicens [45] : *Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit.* Hæc etiam tu meditans, atque ita psalmos sapienter legens, uniuscujusque sensum, *Spiritu duce*, consequi poteris. Talem vero vitam tu quoque imitaberis, qualem habuerunt, qui hæc locuti sunt deiferi sancti viri.

[37] Act. XIX, 14-16. [38] Luc. VIII, 28. [39] Act. XVI, 18. [40] Luc. X, 17. [41] IV Reg. III, 15. [42] Psal. CXVIII, 16. [43] ibid. 54. [44] ibid. 92. [45] I Tim. IV, 15.

(9*) Ὠφελήσει, ed.

ADMONITIO IN EXPOSITIONES PSALMORUM.

Duplicem habemus Athanasii expositionem in Psalmos. Priorem exhibet editio Maurina et ea est ad quam hic præfatur Montfauconius, cui etiam accedunt supplementa ab ipso postmodum edita cum Athanasii *Argumento in Psalmos*. Expositionem alteram seu librum *De titulis Psalmorum* publici juris fecit Antonelli cujus Præfationem vide infra col. 597 EDIT.

I. *Expositiones sancti Athanasii in Psalmos sistimus tibi, Lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas, antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis exstabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint quod liber* De titulis psalmorum *ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non sat exploratum est; id sane si verum esset, non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. Qui proxime secundum Hieronymum hasce expositiones laudavit, est Theodoretus, si tamen quæ sequuntur non sint cujusdam amanuensis regii codicis* 228 *antiquissimi, ubi exstant* Expositiones Theodoreti in titulos psalmorum; *nec illius verba sunt de psalmo* CIX *loquentis :* Ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος οὕτω φησί· « Τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυ-

Digitized by Google

ρίου διὰ τῶν παρόντων καταστημαίνει, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν αὐτοῦ νόμον τὸν (10) πάντων κυριεύσαντα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, ἧς καὶ ἀπάρχεται ὁ ψαλμὸς λέγων · *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου · Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Ἐχθροὺς δὲ ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ λέγων (11) · *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.* » *Hoc est :* Sanctus autem Athanasius ita loquitur : « Hisce verbis generationem Domini secundum carnem significat, et evangelicam ejus legem, quæ omnibus gentibus dominatur : atque ejus ascensum in cœlos, quem enarrat psalmus dicendo : *Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam inimici sint, declarat Apostolus his verbis : *Novissima omnium destruetur mors* [46]. » *Quem locum inferius, initio commentarii in psalmum* CIX, *integrum legimus.*

II. Chronicon *autem* Alexandrinum, *septimo sæculo conscriptum, p.* 223, *hæc habet :* Καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἑρμηνεύων τὸν ρλα' ψαλμὸν, ἔγραψεν οὕτως · « *Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου.* Τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ἐπισπεύδουσιν αὐτοῦ. *Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.* Τὴν ἁγίαν αὐτοῦ σάρκα φησὶ· μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη. Οὐ γὰρ ἀποσαρκοῦται εἰς τοὺς ἀγηράτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. » *Id est :* Et sanctus Athanasius psalmum CXXXI interpretans, ita scribit : « *Surge, Domine, in requiem tuam.* Ejus in cœlos ascensum cito accedere gestiunt. *Tu et arca sanctificationis tuæ.* Sanctam ejus carnem dicit, cum illa namque assumptus est ; neque enim carnem dimittit per infinita sæcula sæculorum. » *Hæc porro habes in expositione ejusdem psalmi inferius, v.* 8. *Postrema autem verba,* μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη, etc., *desiderantur ibi, sive quia sæpe codices quibus usi sumus sententias detruncant, sive quia hæc fortasse glossema sunt auctoris* Chronici. *Octavo sæculo, Germanus patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Thomam episcopum Claudiopoleos* (12) *hæc affert :* Ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, τὸ ψαλμικὸν ἑρμηνεύων ῥητόν· *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τὸν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι,* τοιαύτην περὶ αὐτῶν παραδίδωσιν ἔννοιαν · « Καίτοι ἐκείνων τῶν χερουβὶμ τὰ ἀρχέτυπα ἄγνωστα τὴν φύσιν ἀνθρώποις παντάπασιν ὄντα · πνεῦμα γὰρ καὶ πῦρ ὑπάρχουσι καὶ πάσης σχηματοθεσίας ἀλλότρια καὶ φύσεως. » *Hoc est :* Sed et beatus Athanasius psalmicum illud dictum explicans : *Qui sedes super cherubim, appare* [47], talem de illis tradit notitiam : « Etsi cherubinorum illorum archetypa natura sint hominibus prorsus ignota : spiritus enim et ignis sunt et aliena ab omni corporali habitu et natura. » *Qui locus ideo non comparet in expositionibus nostris, quod ab amanuensibus omissus fuerit versiculus, ut et alia multa, quod qua ratione gestum sit mox narratur. Etsi vero huic versiculo :* Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin, et Manasse, *expositio sua adjicitur inferius, psal.* LXIX, *v.* 5, *ea certe secundam solum versiculi partem spectat,* manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse, *nullatenus autem primam :* Qui sedes super cherubim, *ut hinc propalam sit omissam fuisse horum interpretationem. Item Adrianus I epistola ad Carolum Magnum* (13), *hunc versiculum memorans :* Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges [48], *hæc adjicit :* « Item sancti Athanasii *De interpretatione psalmorum,* inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum, Jerusalem : imago autem eorum, terrestris. Quod enim dicit tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt, imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore, *Nescio vos* [49] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » *Hæc omnia videsis psalm.* LXXII, *v.* 20, *ad hunc versum.*

III. *Ad hæc in codice Reg.* 2219 *explicatio illius versus :* Tu es sacerdos in æternum, *ipsissimis verbis affertur, ut legitur psal.* CIX, *v.* 4. *Super hæc omnia Nicetas Heracleæ, ut habet Felckmannus inferius* Monit. in Fragm., *Expositiones Athanasii* in Psalmos, *ut nos proferimus, in Catena sua edidit, cum aliis aliorum Patrum commentariis adjunctas. Narrat Gabriel Grodecius Dantzicanus, professor Hebraicæ linguæ in Academia Lipsiana, vir doctus ac necessitudine mihi conjunctus, exstare in bibliotheca S. Salvatoris Lenoniensis in codice perantiquo, expositionem Athanasii* in Psalmos *Serviana lingua, quæ est Slavicæ dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populus ; nec ambigo ex his nostris Expositionibus Slavice versam fuisse. Hæc augeri possent, verum satis superque sunt ut comprobetur Commentarium Athanasii* in Psalmos *omnibus fere secundum Athanasium sæculis laudatum fuisse. Neque desunt in hujusce operis decursu Athanasioni styli notæ pleræque. Nam ubi occasio sese offert ut Christum comprobet esse Deum, id ille præstat, quo innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo controversiæ de Christi deitate obortæ sunt. Sic Psal.* XLIX, *v.* 6, *in hæc verba :* Quoniam Deus judex est, *sic ille arguit :* Hic manifeste Christum dicit Deum : nam *omne judicium dedit Pater Filio* [50]. Quod si omne judicium dedit illi, et Deus judex est : ergo Christus est Deus. *Similiter Christum probat esse Deum et iisdem quibus Pater nominibus ornari psal.* LXXXIX, *v.* 25.

IV. *Peculiare est Athanasio quod solo* ἀγαπητοῦ *nomine Unigenitum Dei intelligat cujus, vocis hunc usum ex Homero confirmat ille, pag.* 507. *Eodem autem usu eam vocem habes in hisce Expositionibus psal.* LIV, *v.* 6 : Ἀλλὰ φόβος καὶ τρόμος ἐπέπεσεν τῷ προφήτῃ ὁρῶντι τὸν Ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα. *Hoc est :* Sed etiam timor et tremor prophetam invasit, cernentem dilectum (sive Unigenitum) Dei hæc ab impiis pati. *Notandum item in hisce Commentariis Filium Dei passim una voce,* μονο-

[46] I Cor. XV, 26. [47] Psal. LXXIX, 20. [48] Psal. LXXII, 2. [49] Matth. XXV, 12. [50] Joan. V, 22.

(10) Infra Psal. CIX, *v.* 1, λόγον
(11) Infra βοῶν.
(12) Tom. VII *Concil.* p. 312.
(13) Ibid. p. 931.

Digitized by Google

γενής, *significari, qua in opusculo in hæc verba,* Omnia mihi sunt tradita a Patre, *p.* 82, *passim item Christum nuncupat Athanasius. Athanasiana prorsus est cautio illa psal.* CXVIII, *v.* 173 : *Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με.* Δηλοῖ γὰρ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν γένεσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰ σωζόμενα σχέσιν, ὁποῖον καὶ τό· *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν. Hoc est :* « *Fiat manus tua ut salvet me.* Non significat natura factam esse manum ejus, sed ejus statum erga eos qui salutem consequuntur. Quale est illud : *Esto mihi in Deum protectorem.* » *Nam Ariani inepte ex voce* γενέσθω, *et* ἐγένετο, *concludebant Verbum fuisse factum. Miram consonantiam cum hoc loco reperies p.* 368, *ubi etiam illud :* Fias mihi in Deum protectorem, *affertur in medium pag. item* 380. *Nam loca describere longum esset.*

V. *Jam de codicibus nobis agendum. Memoratur a Felckmanno inf.:ius* in Fragm. *ex indice quodam M. Crusii manuscriptorum qui tum temporis Constantinopoli erant, exstare apud illustrissimum principem Jacobum Marmoretam S. Athanasii archiepiscopi Alexandrini explicationem* in Psalterium Davidis.

Andreas Arnoldus, Norimbergensis, in præfatione sua ad Syntagma doctrinæ *nomine Athanasii ab se editum Parisiis anno* 1685, *hæc habet :* « Volebam me conferre ad recensenda sancti Athanasii capitula *in Psalmos,* sicut ex ms. antiquissimo descripseram, diversa a Latinis Angeli Politiani, et Græcis tomi II operum, nisi novæ cunctationis iter fuisset impatiens : dabo initium et finem, ut si quid monendum sit peritiores monere dignentur : Μακάριος ἀνήρ, ἕως, οὐκ ἐκάθισεν. Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθησομένῳ ἀνατίθησιν ὁ Δαβίδ· διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς ἐν (*lege* εἰς) αὐτὸν ἐλπικότας. *Desinit :* Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. Νοήσεις τὴν πνοὴν, ἀφ' ὧν Μωϋσῆς ἀναγέγραφεν· ὅτι λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς. Ab initio dicitur, tres fuisse ordines apud Judæos, γραμματέων nimirum, καὶ Φαρισαίων καὶ νομικῶν. Probabile est νομικούς istos esse Sadducæos, qui legem sine traditione sectabantur. » *Hæc Arnoldus :* νομικοί *autem illi sunt legisperiti in Evangelio memorati. Hæc autem Arnoldi capitula idipsum sunt quod expositiones nostræ* in Psalterium, *ut liquet ex fragmento ab initio allato, nam in fine mutilæ sunt expositiones istæ. Ut augurari porro licet ex Arnoldi verbis, capitula istæc non integra erant, sed excerpta quædam ex aliqua Catena, nec tantæ molis quantæ hæc commentaria quæ nos edimus.*

VI. *Vir clarissimus Gabriel Grodecius, supra memoratus, cum haud ita pridem bibliothecas Italiæ lustraret, Mediolano litteras ad me misit, et, qua est erga nos humanitate, hanc manuscriptorum bibliothecæ Ambrosianæ notitiam præbuit ipsis verbis.*

EX CODICE MANUSCRIPTO BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ, QUÆ EST MEDIOLANI CAR. N. N. 451, IN QUO COLLECTA SUNT OMNIA EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS EJUSDEM BIBLIOTHECÆ HACTENUS INEDITA.

« Commentarium sancti Athanasii *in Psalmos,* mss. Græco-Lat. Græcum manuscriptum descriptum est ex codice bibliothecæ Regiæ in Escurial., Latine vero translatum (ut mihi referebat D. N.) ab Antonio Giggeo. Quod tamen esse non potest : nam in frontispicio hujus codicis hanc sequentem observationem reperi eadem manu scriptam qua versio illa Latina Commentarii *in Psalmos.*

« Vidi in bibliotheca Ambrosiana illustrissimi card. Borromæ, suggerente clarissimo doctore et linguarum orientalium peritissimo D. Antonio Giggeo, viro mihi charissimo, volumen Arabicum in-16, in charta bombacina, ut vocant, fusca, 300 et ultra annorum, in quo Arabice erant hæc duo opuscula Athanasii *in Psalmos,* perbrevis illa synopsis Psalmorum, aut quocunque alio modo vocetur ad Marcellinum, deinde integri commentarii perpetui in ipsos Psalmos, quos contuli cum istis Græcis, necnon cum Eclogis Catenarum. Ac licet eos laudabiles alioquin, nec indignos Athanasii offenderim, nihilominus tamen neutiquam cum istis conveniebant : solum explicatio primi versus psalmi primi quadrabat cum ecloga quadam Catenæ, quam suo loco notavi, et deinde in secundo versu.... quidem.... quadrabant omnia cum istis commentariis, sed oratione et stylo nequaquam, clareque scriptum nomen Athanasii, *Athanasius patriarcha Alexandriæ.* »

« In hac observatione mentio fit Antonii Giggei, manus vero eadem cum illa versionis Latinæ : ergo neutiquam Giggeus, sed quidam alius auctor versionis istius esse debet, quem indicare mihi nemo potuit. Reperi ibi sub finem etiam quædam adnotata supra psalmum CLI, cui ista nota Athanasii præfixa erat : Οὗτος ὁ ψαλμὸς καὶ ἰδιόγραφος τῷ Δαβὶδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτι ἐμονομάχησε τὸν Γολιάθ. Incipit commentarius : Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

« Commentarius ejusdem sancti Athanasii *in Cantica Mariæ sororis Moysis, et Moysis.*

« *Synopsis et interpretatio vocum Hebraicarum, quæ in commentariis Athanasii reperiuntur,* ms. Hebræo-Latinum, ordine alphabetico. Incipit : *Aaron psal.* LXXVI, *vers. ult.* רוח, Spiritus, Πνεῦμα, sed communiter exponitur, *mons,* seu *montanus,* sicut et psal. LXXVIII, 6, 7.

« Excerpta quæ ad Athanasium spectant, ex catena *in Psalmos* in Cod. V. Δ. 10 bibliothecæ Ambrosianæ ex his omnibus auctoribus collecta : Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Nyssenus, Hesychius, Georgius, Theodoretus episcopus Cyrensis, Severus, Origenes, Didymus, Eusebius, Esdras, Eulogius, Isidorus Pelusiota, Aretas, Apollinarius, Jovius (sic scriptum τοῦ Ἰοβίου), Justinus Philosophus, Joannes Philosophus, Ephrem, Maximus, Damascenus, Augustinus, Hieronymus, Antiochus, Adrianus, Theo-

Digitized by Google

dorus Antiochenus, Nilus, Anastasius Nicænus, et Anastasius Sinaita Antiochenus, Asterius, Olympiodorus, Epiphanius, Andreas Cretensis, Andreas Cæsariensis, Cosmas Indicopleustes, Œcumenius, Marcus.... Cassianus, Hippolytus Romanus, Herodianus, Thaumaturgus, præter alios anonymos, ut dicitur ibidem. Et editiones Psalmorum, seu translationes, quibus usi sunt in catena, ibidem dicitur, fuerunt Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, et Septuaginta Interpretum. Codex originalis in pergamena antiquissimus, et diversa sunt plurima ab illis a Barbaro editis. In hac collectione Græce tantum.

« Extracta ex Catena Psalmorum in pergameno in cod. III, H. 14, ea quæ pertinent ad Athanasium Græce tantum.

« Periochæ et hypotheses breves Psalmorum, quæ attribuuntur Eusebio in codice VII, E. 18, Græce, excerptæ ex catena integra *in Psalmos* et attributa Athanasio, diversa tamen a catena Barbari Græce tantum.

« Fragmenta Athanasii ex variis catenis collecta *in Epistolas divi Pauli*, et ex catena *in libros Regum*, Græce. Subjicit auctor Latinæ versionis, quem supra indicavi :

« Ex commentario seu catena Titi Bostrensis *in Lucam*, ex Chrysostomo et aliis collecta, hæc reperi ex « Athanasio, quæ postea contuli cum editis a Peltano, quæ eodem modo se habent, sed nomen Athanasii « non ibi expressum, nec hic ubi desierunt, ideoque non plura descripsi, quia sublestæ essent fidei. Οὐχ « ἁπλῶς δὲ τὸ γεννώμενόν φησιν πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νο- « μισθῇ, ἀλλ' ἐπῆγαγε καὶ τὸ, ἐκ σοῦ · ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσεως τὸ γεννώμενον εἶναι πιστωθῇ · ἅγιον δὲ κληθη- « σόμενον, οὐχ ὡς ἔνοικον ἔχοντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθησόμενον · ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν « ἅγιον, τῷ τὸν αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ καὶ ἕνα εἶναι. Ita se habebant tres codices in pergamena cum ex- « presso nomine Athanasii ; hoc loco translatio Peltani non exprimit postrema fideliter. »

« Et post pauca alia fragmenta allata hæc observatio ibidem reperitur :

« In *Anthologio* quodam SS. Patrum hæc reperi ex Athanasio in littera A, ordine enim alphabetico di- « gesta erant capita, et omnia desumpta ex veteribus Patribus, istaque erant in voce Ἀστρολογία, ut præ « se fert titulus, cum titulo : Ὅτι εἰ κατὰ ἀστρολογίαν τὰ καθ' ἡμᾶς, Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς κατὰ « Ματθαῖον βίβλου. » Hæc in epistola Grodecii.

VII. *Ex hisce autem unum est, quod nusquam memoratum audivimus, scilicet, Commentarius Athanasii* in Cantica Mariæ et Mosis. *Hoc autem opusculum germanumne sit ex sola lectione internosci potest, cum a nullo, quod quidem norim, antiquo laudatum fuerit. Obnixe vero postulavimus ea transmitti nobis quæ in lucubrationibus nostris desiderantur, sed cum nullus istic amanuensis Græce transcribere possit, votis nostris obsequi minime potuit vir doctissimus Muratorius. Et quantum auguror conjectura, non tanti fortasse pretii sunt cætera : nam fragmenta illa* in libros Regum *et* in Matthæum, *non ex peculiari quodam commentario in hosce libros, sed ex aliis quæ jam exstant Athanasii operibus maxima pars exscripta fuere, ut infra monemus, et experientia comprobavimus. Expositiones autem* in Psalmos *eædem putantur esse quæ nostræ: synopsis vero, seu interpretatio illa vocum Hebraicarum quæ in expositionibus Athanasii exstant ut vel ex prioribus verbis æstimandum relinquitur, nihili est. De reliquis si quando lucem viderint judicium feretur.*

VIII. *Ad codices jam veniamus unde has Athanasii expositiones mutuati sumus : tres Regii sunt,* 1807 *nimirum, quem Regium primum vocamus, Reg. vero* 2, 1878, *Reg.* 3, 1879. *Regius primus est catena antiquissima ab annis plus septingentis exaratus, bonæ notæ. Incommodum tamen accidit, ut nomina scriptorum amanuensis persæpe taceret. Secundus Reg. egregie descriptus et paris antiquitatis, minus tamen accurate exaratus nomina tamen diligenter ascribit. Tertius, qui mediam secundi partem complectitur, recens est et ex secundo exscriptus, idcoque non tanti usus. Tres item Colb. sunt,* 4445, *quem primum Colb. dicimus, secundum vero* 4182; *tertium in duas partes divisum, quarum prima numerum obtinet* 4680, *secunda vero* 4681. *Colbertinus autem, quem primum dicimus, librum ad Marcellinum* De interpretatione Psalmorum *tantum exhibet. Secundus Athanasii et Theodoreti expositiones* in Psalmos, *estque plus* 700 *annorum : tertius expositiones item Athanasii cum nonnullis cæterorum Patrum, hic mendis scatet, quingentorum circiter annorum.*

Harum expositionum fragmenta quædam a Daniele Barbaro, qui postea patriarcha Aquileiensis fuit, edita fuerunt in catena Patrum Græcorum in Psalmos, *Venetiis cusa anno* 1569, *ubi ad quinquagesimum usque psalmum duntaxat expositiones ducuntur. Et accuratior quidem in multis est Corderiana. Hinc anno* 1601 *ex catena Nicetæ Heracleotæ Felckmannus excerpta quædam edidit Athanasium spectantia. Postremo Corderius anno* 1643 *prolixiorem catenam Patrum Græcorum* in totum Psalterium *edidit, tribus tomis comprehensam, in qua nævi non pauci occurrunt. Nobile autem est illud erratum quod expositiones Theodori et Theodoreti Athanasio ascribat. Et quidem, ut auguramur, hæc lapsus causa fuit : Amanuenses ubi in catenis ad marginem nomina scriptorum notant, Athanasii nomen indicant per litteram* A, *cui sequentem in Athanasii nomine,* Θ *scilicet imponunt. Ubi autem Theodori lectio est, primam similiter* Θ *describunt, cui litteram* Δ *desuper scribunt ; hæc autem littera in codicibus proxime ad litteram* A *accedit, ubi igitur vidit* A, *ut putabat, superius* Θ *vero inferius describi, Athanasium his significari arbitratus est.*

Digitized by Google

IX. *Hæ autem expositiones multis in locis deficiunt, quia scilicet amanuenses non omnia aescripserunt, sed pauciora attulerunt quam ferrent Athanasii codices. Raro evenit ut peregrinæ interpretationes nomen Athanasii præferant, id quoad facultas tulit ad marginem notavimus. Et sane perfacile est in hisce stylum Athanasii internoscere, tum quia in argumento plerumque ceu synopsin quamdam totius psalmi ob oculos ponit, et quidem mox afferendæ interpretationi affinem, ut hac tessera facile sit vera a falsis secernere; tum quia tam perspicuus, tam brevis atque pressus in hisce est Athanasius, ut hac item in parte a cæteris perinde distingui possit. In hisce autem vulgo sententiam exponit, ut vocant* spiritualem, *ita ut Nicetas in catena sua Theodoretum pro litterali, Athanasium fere pro* spirituali *afferat. Est tamen haud raro cum litteram attingit et quidem rectissime ad scopum Prophetæ, ut nemo non æstimaturus est. Argumenta psalmorum maximi sane pretii sunt, ubi litteralem etiam sæpe mentem apprime et acute tangit antequam ad* spiritualem *accedat. Multæ hic lectiones Aquilæ et Symmachi exstant hactenus inobservatæ a Drusio et aliis.*

Est locus psalmi LXVII, *quem alienum æstimamus et commentum olet, illud scilicet de calamo ad versum* 31. *Alia fortasse nonnulla non observata a nobis fuerint quæ erudito lectori supplenda demandamus. Psal.* LXVIII, *v.* 17, *dicitur Filius cum Patrem his verbis deprecaretur :* Transeat a me calix iste, *non in hypocrisi, non ut Satanam inescaret ac deciperet, non quod mundi voluntatem ut propriam efferret, ita locutum fuisse. Quibus aperte repugnat explicatio quæ exstat in libro* De passione Domini *tom.* IV, *quem inter suspectos haud injuria ablegavimus. Argum. psalmi* LXX *primum sub Romanis Jerosolymorum excidium memorat, quia secundum item a Romanis illatum fuit sub Adriano. Hæc de expositionibus* in Psalmos *satis sunto.*

Secundum hanc conscriptam admonitionem litteras accepi cl. V. Antonii Muratorii, qui manu propria mihi ea exscripsit in laudatum commentarium in Canticum Mariæ sororis Mosis *paucissima sane ut vides.*

En igitur Commentarii nostri specimen in Canticum Deuteronomii.

Σημαίνει καὶ αὐτὴ τὴν ἔκπτωσιν τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, ἣν παρέσχεν αὐτοῖς, καὶ τὴν εἰσαγωγὴν τῶν ἐθνῶν.

Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, καί, *etc.*

Ἐπεὶ μέγα ἦν τὸ παράπτωμα Ἰουδαίων, καὶ ἐν οὐρανοῖς μάρτυρες οὐχ εὑρίσκοντο, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τὰ μεγάλα στοιχεῖα μαρτύρεται ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου.

Προσδοκάσθω.

Πολὺς γὰρ ὡς ὑετὸς, καὶ ἐπωφελὴς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ κατεχόμενος.

Καὶ καταβήτω.

Μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας, τουτέστιν ὡς δρόσος ἐπ' ἄγρωστιν, καὶ ὡς νιφετός.

Post duos alios versiculos subditur : Desunt reliqua, *atque hic finem expositiones Athanasianæ habent.*

Ex Commentario autem memorato in Psalmos, *aliquot clausulas brevissimas nostris sat dissimiles misit laudatus vir, ita ut brevitatis causa non possit judicium ferri eædemne sint illæ ac expositiones nostræ. Quidquid tandem sit, cum sæpissime nostræ ab auctoribus laudentur Athanasii nomine, hinc conficitur, ipsas non vero alias esse germanas Athanasii expositiones.*

—

ADMONITIO

In Argumentum Athanasii in Psalterium, et in supplementa subsequentia (a).

—

Prodit egregium in Psalmos Argumentum ex codice bibliothecæ Ambrosianæ membranaceo XI *sæculi, optimæ notæ : cujus singula dicta judicium peritiamque scriptoris arguunt. Orditur autem Athanasius a Psalmorum ordine, quorum perturbatam seriem promanasse putat ex Judæorum incuria et negligentia. Paternis quippe despectis legibus, inclinanteque ad simulaerorum cultum animo, libros ac scriptores priscæ religionis interpretes pessumdederunt, ita ut multi hinc inde distracti ac vetustate pene obruti sint, magna pars etiam prorsus interierint. Sub hæc autem cum in pœnam scelerum, multis attriti cladibus, in Babyloniam victorum jussu transmigrassent, quidam inter eos propheta sacros libros colligendi curam suscepit : quos ille uti sese dabant, partesque singulas uti primo occurrebant, nec nativo ordine, digessit. Hinc Psalmorum illa confusio, hinc seriei perturbatio oritur. Hæc vero ex Eusebio mutuatus videtur Athanasius, cujus etiam verba plerumque transcribit. In hoc tamen paulum variat, quod restaurandæ Scripturæ operam, quam Eusebius ab Esdra susceptam ait, ipse alicui prophetarum, nullo speciatim memorato, assignet.*

(a) Hæc post absolutam Maurinam editionem publici juris fecit Montfauconius in *Nova Bibliotheca Patrum*. Argumentum in Psalterium mox sequitur; supplementa vero ex codice Ambrosiano deprompta distinctionis causa uncis conclusimus et priori textui inseruimus. Edit.

Digitized by Google

Quæ de Psalmorum auctoribus postea dicuntur, accurata sane et erudite proposita, magnam habent cum Origenis opusculo, a nobis propediem edendo (a), affinitatem. Argumentum porro suum pulcherrima admonitione claudit Athanasius, ubi qua mente Psalmi sint legendi, ascetas alloquens, etsi paucis, egregie tamen edisserit.

Supplementa Expositionum in Psalmos, ex codice Ambrosiano, dum Mediolani ageremus, exscripsimus. Estque codex ille recens, ab antiquiore Scorialensi desumptus. Nam, ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus (supra, col. 53), *Expositiones illæ Athanasii, non omnibus suis partibus et numeris absolutæ sunt, sed amanuensium ausibus passim truncatæ et in compendium redactæ : quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror scriptorem nuperum, qui Expositiones illas in Psalmos non esse Athanasii præpopere pronuntiavit, sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius dissimulavit, hoc operis omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis ut in hodierno Commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari : nihil movit affinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil codicum unde prodierunt vetustas : quæ sane accurato censori, antequam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum, missa importune illa investigandi et disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit,* Non sunt Athanasii. *Cui nos pari facilitate reponimus,* Sunt Athanasii : *a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil affers quo tot scriptorum testimonia, totque alia* γνησιότητος *argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex affectu vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis et assertis dederimus : nam pro virili, et ut æqui ratio postulabat,* νοθείας *vel* γνησιότητος *notas quibusque præmisimus : ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus, si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis et notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis et censoris partes occupet.*

Lectorem monere juvat, Commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justiniana Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium : Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον. *Sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur.*

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, ARGUMENTUM IN PSALMOS.

In Hebraico libro Psalmorum, sine numeri additione omnes psalmi inscripti sunt, atque variis modis. Alii quidem una juncti, alii divisi sunt. Statim quippe ab initio primus et secundus in textu Hebraico copulantur; contra vero nonus, qui apud nos conjunctus est, in Hebraico textu dividitur in duos. Totus porro Psalmorum liber in quinque partes distributus est. Observandum est autem ordinem psalmorum nequaquam historiæ et temporum seriem et rationem tenere; verum in multis mutari temporum ordinem, ut commonstrat liber Regnorum. Cum enim Judaicus populus idolorum cultui admodum addictus esset, in summam paternarum Scripturarum oblivionem venerunt, usque adeo ut ne Mosaicæ quidem legis liber compareret, nec quidpiam paternæ pietatis penes ipsos reliquum esset. Cum itaque prophetas interemissent, quod eorum impietates coarguerent, ac propterea in manus Assyriorum traditi, in captivitatem abducti fuissent; sub hæc quidam propheta, qui Synagogam eorum strenue curabat, cum aliis Scripturis librum quoque Psalmorum collegit : non quod simul unoque tempore psalmos omnes repererit, sed diversis temporibus; ac primos ordine posuit eos qui primi reperti fuerant : quo factum est ut ne omnes quidem ipsius Davidis psalmi ordine ponantur, atque psalmi filiorum Core, et Asaph et Salomonis, Mosis quoque, Æthan

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

Ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ἄνευ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν οἱ πάντες καὶ διαφόρως· οἱ μέν εἰσι συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. Αὐτίκα γοῦν ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν συνημμένοι· καὶ πάλιν ὁ ἕνατος, συνημμένος παρ' ἡμῖν, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῶν Ψαλμῶν βίβλος εἰς μέρη πέντε διῄρηται. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν Ψαλμῶν σύγκειται τάξις· ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολλοῖς τοῖς χρόνοις, ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν δηλοῖ. Πολλῆς γὰρ εἰδωλολατρείας κατακρατησάσης τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, λήθην αὐτοὺς ποιεῖσθαι τῶν πατρικῶν Γραφῶν, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι βίβλον τοῦ Μωσέως νόμου, μηδὲ μὴν τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας τι σώζεσθαι παρ' αὐτοῖς. Ὅτε γοῦν καὶ τοὺς προφήτας ἀνῄρουν, διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας, καὶ τούτων ἕνεκα τὸ πρῶτον τῇ τῶν Ἀσσυρίων παρεδόθησαν αἰχμαλωσίᾳ· μετὰ δὲ ταῦτά τινα τῶν προφητῶν, περὶ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν ἐσπουδακότα, μετά γε τῶν λοιπῶν καὶ τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν συναγηοχέναι· οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τοὺς πάντας, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους χρόνους· κατατάττειν δὲ ἐν πρώτοις τοὺς πρώτους εὑρισκομένους· διὸ μηδὲ τοῦ Δαυὶδ ἐφεξῆς εὑρίσκεσθαι τοὺς πάντας, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Μωσέως, Αἰθάμ τε τοῦ Ἰσραηλίτου, καὶ Αἰμὰν, καὶ πάλιν τοῦ Δαυὶδ, εὑρίσκεσθαι ἀναμιξ ἐν

(a) Vide tom. XV, inter Prolegomena. EDIT. PATR.

Digitized by Google

τῇ βίβλῳ τεταγμένους· οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὗραντο. Τὸ δ' αὐτὸ εὕροις γεγενημένον καὶ ἐν ταῖς τῶν προφητῶν περικοπαῖς.

Israelitæ, Æman, rursumque Davidis permistim positi in libro occurrant; non quo tempore editi, sed quo inventi fuere : quod ipsum in prophetarum periodis et clausulis reperias.

Τοὺς δὲ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ δωδέκατον ἀνεπιγράφους ψαλμοὺς, καὶ τοὺς ἐπιγραφὴν ἔχοντας, οὐ δηλοῦντας τίνος εἰσὶν, ἐκείνων εἶναι παῖδες Ἑβραίων φασὶ, ὧν τοὔνομα φέρεται ἐν ταῖς τῶν ἀνεπιγράφων προτεταγμέναις. Τὸν δὲ πρῶτον καὶ δεύτερον, ἕνα ὄντας ἄμφω, τοῦ Δαυῒδ ὑπάρχειν ἡγοῦμαι, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῶν Ψαλμῶν ἐφεξῆς αὐτοῦ εἶναι. Ἀπὸ γοῦν τοῦ τρίτου μέχρι τοῦ μ' τοῦ Δαυῒδ ἐπιγράφονται οἱ πάντες· διό μοι δοκοῦσιν ὑπάρχειν τοῦ αὐτοῦ ὅ τε πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος. Πιστοῦται δὲ λόγον ἡ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων βίβλος, ἐν ᾗ εἴρηται· *Δέσποτα, σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου στόματος παιδός σου Δαυῒδ εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων τὸν β' ψαλμὸν τοῦ Δαυῒδ ἔφησεν εἶναι. Ἀποσεσιωπῆσθαι δὲ εἰκὸς ἐπ' αὐτὸν τὴν τοῦ Δαυῒδ προγραφὴν, διὰ τὸ γυμνὴν ἔχειν περὶ τοῦ Κυρίου προφητείαν, ἐν ᾗ εἴρηται· *Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Οἷς ἀκολούθως ἐπιλέγει ἐξ αὐτοῦ τοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ τό· *Κύριος εἶπε πρός μέ· Υἱός μου εἶ σύ.* Φέρονται τοίνυν ψαλμοὶ οἱ πάντες ρν'. Τινὲς δὲ νομίζουσι τοὺς πάντας εἶναι τοῦ μακαρίου Δαυῒδ· οὐ σημαίνεται δὲ τοῦτο. Οἱ μὲν γὰρ πάντες ἀναφέρονται τοῦ Δαυῒδ· ἐν δὲ ταῖς ἐπιγραφαῖς δείκνυται τίς τίνος ψαλμὸς γεγένηται. Τέσσαρες γὰρ ἄρχοντες ᾠδῶν ἐξελέγησαν, σπη' ἀκόλουθοι. Τῶν οὖν τεσσάρων ἀρχόντων παράκεινται ψαλμοὶ, ὡς καὶ αἱ ἐπιγραφαὶ διδάσκουσιν. Ὁπόταν γὰρ λέγῃ· *Ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν·* αὐτοὶ ψάλλουσιν οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν. Ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἀσὰφ,* αὐτὸς εἶπεν ὁ Ἀσάφ· ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἰδιθούμ,* αὐτὸς ψάλλει Ἰδιθούμ· ὁπόταν εἴπῃ, *τοῦ Δαυῒδ,* αὐτὸς λέγων ἦν Δαυῒδ· ἐπὰν δὲ λέγῃ, *τῷ Δαυῒδ,* ὑφ' ἑτέρων λέγεται εἰς τὸν Δαυῒδ. Εἰσὶ μὲν οἱ *πάντες ρν',* ὧν οβ' εἰσὶ τοῦ Δαυῒδ, θ' δὲ τῷ Δαυῒδ, ιβ' τοῦ Ἀσὰφ, ιβ' τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἷς τοῦ Ἰδιθούμ, εἷς τοῦ Αἰθὰμ, εἷς τοῦ Αἱμὰν, εἷς τοῦ Σαλομὼν, δύο Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, ἀνεπίγραφοι λθ' καὶ εἷς Μωσέως· πάντες ρν'.

Qui psalmi vero post primum et duodecimum consequuntur sine titulo, necnon ii quibus titulus quidem præmittitur, nec tamen indicatur quo sint auctore editi, eorum esse dicunt Hebræi, quorum nomen scribitur in psalmis qui titulo vacuos antecedunt. Æstimo autem primum et secundum, qui unum constituunt psalmum, Davidis esse; quia quotquot in prima parte subsequuntur, ipsius sunt. A tertio enim ad quadragesimum omnes Davidis inscribuntur, quamobrem mihi ad ipsum videntur pertinere primus atque secundus. Quam sententiam confirmat liber Actuum apostolorum, in quo dicitur [81]: *Domine tu fecisti cœlum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt. Deus patrum nostrorum qui dixisti per Spiritum sanctum per os David pueri tui : Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania?* His enim perspicue dixit, psalmum secundum Davidis esse. Verisimile autem est, ideo titulum, Davidis, omissum fuisse in eo psalmo, quia nudam et apertam complectitur prophetiam de Domino, qua dicitur, *Adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Quibus consequenter adjicit ex ipsa Christi persona : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu* [82]. Omnes itaque psalmi, centum quinquaginta feruntur. Quidam porro arbitrantur omnes beati Davidis esse : neque tamen id aliqua nota significatur. Et verum quidem est universos Davidi ascribi; at in titulis indicatur quo auctore quisque psalmus editus sit. Nam quatuor canticorum principes, ministri vero ducenti octoginta octo, electi fuere. Horum quatuor principum psalmi aliquot circumferuntur, ut vel ipsis docetur titulis. Quando enim dicit: *Psalmus filiis Core, Æthan, Asaph et Æman,* ab ipsis Æthan, Asaph, Æman, filiis Core psallitur. Cum dicit, *Psalmus Asaph;* ipse Asaph recitavit; cum dicit, *Psalmus Idithum,* ipse Idithum psallit : ubi dicit, *Davidis,* ipse David est qui pronuntiavit. Cum autem dicit, *Davidi,* ab aliis recitatur psalmus in Davidem. Sunt quidem omnes centum quinquaginta, quorum septuaginta duo Davidis sunt, novem Davidi, duodecim Asaphi, duodecim filiis Core, unus Idithum, unus Ætham, unus Æman, unus Salomonis, duo Aggæi et Zachariæ; sine titulo triginta novem, unusque Mosis : omnes centum quinquaginta.

Δεῖ τοίνυν θεωρῆσαι τὸ μυστήριον τίνι λόγῳ, διαφόρων ᾠδῶν ὑπαρχόντων, καὶ μὴ πάντων τῶν ψαλμῶν ὄντων Δαυῒδ, ἀναφέρεται εἰς τὸν Δαυῒδ· καὶ τοῦτο οὐ παραδραμούμεθα. Τούτου γὰρ χάριν ἐπεγράφη, ἐπεὶ αὐτὸς αἴτιος γεγένηται τοῦ εἶναι ταῦτα· αὐτὸς γὰρ ἐξέλεξε τοὺς ᾠδούς. Αὐτὸς τοίνυν αἴτιος γενόμενος ἠξιώθη τῆς τιμῆς ταύτης, ἵνα πάντες ὅσα εἶπαν οἱ ᾠδοὶ εἰς τὸν Δαυῒδ καταλογισθῇ.

Animadvertendum itaque mysterium, quæ scilicet causa sit cur, cum diversi sint cantores, neque omnes psalmi Davidis sint, psalterium tamen ad Davidem referatur : hæc ne silentio prætermittamus. Ideo sic inscriptum fuit, quia ipse David in causa fuit cur istæc ederentur : ipse namque cantores elegit. Is igitur qui causa fuit, tanto honore dignatus est, ut quæcunque cantores dixerint, quasi Davidis reputentur esse.

[81] Act. IV, 24, 25; Psal. II, 1. [82] Psal. II, 2, 7.

Digitized by Google

Cum propheta esset David, atque interioribus apertis oculis, probe nosset malignos spiritus gaudere de lapsu hominum, et contra dolere quasi victos de eorumdem resipiscentia et emendatione, intelligibili ac spirituali modo orationes adversum illos emittebat; ex iis hostibus qui sub aspectum cadunt assumpta metaphora. Nisi enim hac ratione prophetarum scopum interpretemur, non modo nullam animæ utilitatem, ex eorum dictis, ad mansuetudinem adipiscendam, percipiemus; verum etiam in asperam quamdam atque evangelicæ doctrinæ adversam animi duritiem ex frequentibus adversus inimicos precibus delabemur, tantum abest ut diligamus illos. Nam sexcenties ait David [83]: *Confundantur et pudore afficiantur omnes inimici mei, et non confundar ego.* Similia enim ne credamus dixisse viros prophetas et amicos Dei alio quam superius a nobis explicato more. Atque ita intelligat oportet vir quisque sedulus ac studiosus, sicubi imprecantem prophetam inveniat, ab hostibus qui sub sensum cadunt ad intelligibiles inimicos facta translatione. Demum vacare oportet ascetam singulorum verborum intelligentiæ.

Ὅτι προφήτης ὑπάρχων ὁ Δαυὶδ, καὶ ἠνεῳγμένους ἔχων τοὺς ἔνδον ὀφθαλμοὺς, καὶ εἰδὼς, ὅτι χαίρουσι τῇ πτώσει τῶν ἀνθρώπων τὰ πονηρὰ πνεύματα, καὶ πάλιν ἀντιλυποῦνται ἡττώμενα ἐπὶ τῇ διορθώσει τῶν ἀνθρώπων, πάντως ὅτι νοητῶς τὰς κατ' αὐτῶν προσευχὰς ἐποιεῖτο, ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν πρὸς αὐτὰ μεταβαλλόμενος. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκλάβωμεν τὸν σκοπὸν τῶν προφητῶν, οὐ μόνον οὐδεμίαν οἰκοδομὴν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρημένων πρὸς κτῆσιν πραότητος ἕξομεν, ἀλλὰ καὶ σκληράν τινα καὶ ἐναντίαν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας διάθεσιν ἀναληψόμεθα ἐκ τοῦ κατεύχεσθαι συχνῶς τῶν ἐχθρῶν, καὶ μὴ ἀγαπᾷν· μυριοντάκις λέγοντος τοῦ Δαυὶδ, *Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, καὶ μὴ αἰσχυνθείην ἐγώ.* Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν πεισθείημεν οὕτως εἰρηκέναι ἄνδρας προφήτας καὶ φίλους Θεοῦ, εἰ μὴ τῷ προειρημένῳ τρόπῳ. Οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν τὸν φιλόπονον, ἔνθα ἂν ἐπαρώμενον εὕροι προφήτην, ἐπὶ τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μεταβάλλοντα. Λοιπὸν δὴ κατασχολάζεσθαι τὸν ἀσκητὴν παντὸς ῥήματος τὴν κατανόησιν.

[83] Psal. xxxiv, 4.

SANCTI ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EXPOSITIONES IN PSALMOS.

PSALMUS I.

Argumentum.

Initium prophetiæ Christo ab ipso secundum carnem nascituro offert David. Quamobrem in primis beatos dicit qui sperant in eo.

[Beatos autem vocat eos qui non abeunt in consilium impiorum, neque stant in via peccatorum neque sedent in cathedra pestilentium. Nam tres ordines apud Judæos erant contra Salvatorem insurgentes, scribæ scilicet, Pharisæi et legisperiti, qui jure atque merito impii, peccatores et pestilentes nuncupentur. Via dicitur hæc vita, quia ii qui nascuntur, ad finem pergunt.]

1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Potest consilium impiorum cœtus dici ac conventus improborum. Cumque noxium sit sese impiorum cœtibus immiscere, beatum dicit eum, qui ne tantillum quidem ad illorum conventus accedit. Hujusmodi erat Joseph ab Arimathia: qui corpus Domini ac Dei sepelivit. De illo namque dictum fuit quod non astipularetur consilio eorum qui Jesum prodidere. *Et in cathedra pestilentium non sedit.* Per ca-

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Ὑπόθεσις.

Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ τεχθησομένῳ Χριστῷ ἀνατίθησιν ὁ Δαυίδ. Διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας.

[Μακαρίους δὲ καλεῖ τοὺς μὴ πορευθέντας ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, μήτε μὴν στάντας ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, μήτε ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν καθεστηκότας. Τρία γὰρ ἦν τὰ τάγματα παρὰ Ἰουδαίοις κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπαναστάντα, γραμματεῖς, Φαρισαῖοι, καὶ νομικοί· οἳ καὶ κληθεῖεν εἰκότως ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ λοιμοί. Ὁδὸς μὲν ὁ βίος εἴρηται διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος τῶν γεννωμένων ἔπαξιν.]

Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Δυνατὸν δὲ βουλὴν ἀσεβῶν εἰπεῖν τὴν σύνοδον καὶ τὴν συνέλευσιν τῶν πονηρῶν. Καὶ ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ τοῖς ἀθροίσμασι τῶν ἀσεβῶν παραβάλλειν, μακαρίζει τὸν μηδὲ κατὰ ποσὸν εἰς τὸ αὐτὸν αὐτοῖς ἐρχόμενον. Τοιοῦτος ὑπῆρχεν ὁ Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθίας, ὁ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ θάψας. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἦν συγκατατιθέμενος τῇ βουλῇ τῶν Ἰησοῦ προδοτῶν. *Καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ*

Digitized by Google

ἐκάθισε. Διὰ τῆς καθέδρας τὴν διδασκαλίαν δηλοῖ, ὡς A φησιν· *Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως.* Καθέδρα τοίνυν λοιμῶν ἡ διδασκαλία τῶν πονηρῶν.

Ἡμέρας καὶ νυκτός. Τὸ σύντονον δηλοῖ. Οὐ γὰρ ἠμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου.

[*Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.* Τῷ νόμῳ, τῷ ἀγγελικῷ δηλονότι. Τὸ σύντονον δηλοῖ· οὐ γὰρ ἠμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου. Οὐ γὰρ ποτὲ δεῖ τοῖς μελετᾷν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ' ἀεὶ καὶ διαπαντὸς τοῖς θείοις λογίοις προσηλῶσθαι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *ἡμέρας καὶ νυκτός.* Καλὸς τοῦ κατορθώματος ὁ μισθός· ὁ γὰρ τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ καὶ τοῖς ἐκ τούτου νάμασιν ἀρδευόμενος. Καὶ ὕδωρ καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἀνεκάλεσεν εἰπών· *Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς μέ, καὶ πινέτω.* Τῷ παρ' ὕδασι δένδρῳ ἀπείκασται ἀεὶ τεθηλότι, ἀεὶ βρίθοντι τοῖς ὡραίοις. Οἱ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τοὺς μὲν τῶν πόνων καρποὺς κατὰ τὸ μέλλον κομίζονται· οἷον δέ τισι φύλλοις κάντεῦθεν τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι κατασκιάζονται, καὶ κλέπτουσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα. Τῷ τοιούτῳ πάντα εὐοδωθήσεται. Οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις διενεργήσει, τῷ τοῦ νόμου βουλήματι συναρμόττων τὸ θέλημα· πρότερον ἅπαντα τῆς κακίας ἀπαγορεύσας τὰ εἴδη, καὶ τῶν θείων νόμων ὑποδείξας τὴν τελειότητα, οὕτως ἐπήγαγε· *Πάντα ὅσα ἂν ποιῇ.*]

thedram, doctrinam significat, ut ipse ait[84]: *Super cathedram Moysi.* Cathedra igitur pestilentium, est doctrina iniquorum.

2. *Die ac nocte.* Fervens animi studium significat. Siquidem non est meditandum negligenter legem Domini.

[*Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* In lege, angelica videlicet. Contentionem significat ac diligentiam; non enim remisse ac negligenter oportet legem Domini meditari. Neque modo meditandum, modo supersedendum meditatione; sed semper et assidue divinis oraculis sese addicere opus est: id enim significatur hoc dicto, *die ac nocte.* Bona est merces boni operis: qui enim divinæ vacat legi, ejus fluentis irrigatur. Christus quoque doctrinam suam vocavit aquam, cum ait[85]: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat.* Ligno ad aquas posito comparatus est, quod semper floret, semper fructibus tempestivis onustum est. Nam virtutis athletæ laborum quidem fructus in futuro reportant, et, ceu quibusdam foliis inde emissis, spe bona adumbrantur, laborumque gravitatem hujusmodi recreatione suffurantur. Tali viro omnia semper prospere vertent. Nihil enim divinis legibus adversarium admittet, qui voluntati legis suam accommodat voluntatem: quia a principio ille omnes malitiæ species eliminavit, et declarata divinarum legum perfectione, ita infert: *Omnia quæcunque faciet.*]

His adjicit Dan. Barbarus: Die autem meditatur qui in virtutibus proficit, nocte vero, qui cum perturbationes insurgunt, immotam servat animi generositatem.

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Ἐξομολογήσεως, ἤτοι παραβολῆς ξύλον ὁ Χριστὸς ἀναγέγραπται ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς.* Λέγει οὖν, ὅτι οἱ πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ σῶμα αὐτοῦ ἔσονται· μετασχηματίσει γὰρ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν πρὸς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. *Διεξόδους* δὲ *τῶν ὑδάτων* τὰς θείας φησὶ Γραφάς· ἐν αἷς ἁπανταχοῦ ἔστιν εὑρεῖν Χριστὸν κηρυσσόμενον. [Ξύλον ζωῆς ὁ Χριστός, κλάδοι οἱ ἀπόστολοι, καρπὸς αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς· ὧν τὸ μὲν εἰς ὑποτύπωσιν μαρτυρίου, τὸ δὲ βαπτίσματος. Φύλλα οἱ λόγοι· καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν ὀρθὴν πίστιν· φύλλα δὲ αὐτοῦ τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν. Καρπὸς καὶ οἱ σωζόμενοι, ῥίζα τὸ βάπτισμα· γεωργὸς ὁ Πατήρ.] *Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ.* Καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν πίστιν· φύλλα δὲ αὐτοῦ τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν. *Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται*, οὐκ ἀποπεσεῖται. *Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται.* Οὐ γάρ ἐστι πρᾶξις τῶν κατὰ Θεὸν γινομένων ἀνωφελής. [Καιρὸς τοῦ διδόναι ἡ τοῦ λαμβάνοντος ἐπιτηδειότης ἐστίν.]

3. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est*, etc. Confessionis sive etiam parabolæ lignum Christus esse describitur in divinitus inspirata Scriptura, juxta illud: *Lignum vitæ est omnibus suscipientibus eam*[86]. Ait igitur eos qui in Christum crediderint, corpus ejus futuros esse. Transformabit enim corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. *Decursus* porro *aquarum*, divinas vocat Scripturas: in quibus passim Christum reperire est prædicatum. *Quod fructum suum dabit in tempore suo.* [Lignum vitæ Christus, rami apostoli, fructus sanguis et aqua ex latere fluens: quorum ille quidem in formam et exemplum martyrii, illa autem baptismatis. Folia sunt sermones; fructum ligni intelligas esse rectam fidem; folia item ipsius, præceptorum observationem: fructus etiam sunt ii, qui salutem consequuntur; radix, baptisma; agricola, Pater.] Fructum ligni intelligas rectam fidem: folium autem ejus, est plena observatio mandatorum. *Et folium ejus non defluet*, non decidet. *Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur.* Nulla enim secundum Deum actio utilitate caret. [Tempus dandi, accipientis opportunitas est.]

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Διὰ τοῦτο μέν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἀλλ' ὁμοίους εἶ-

5. *Ideo non resurgent impii in judicio.* Nimirum quia non habent radicem, sed similes sunt pulveri

[84] Matth. XXIII, 3. [85] Joan. VII, 37. [86] Prov. III, 18.

Digitized by Google

terræ a ventis agitato. Ventum autem intelligas Dei comminationem, qua dicit [87] : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum.* Qui tali audita voce jure decident, non enim constitere in Christo, qui credentium fulcrum est ac fundamentum. Nam in judicio ait, non in interrogatione. *In concilio justorum*, ait. Nam separabit justos a peccatoribus.

A ναι χοῖ γῆς ὑπὸ ἀνέμου ῥιπιζομένῳ· ἄνεμον δὲ νοήσεις τὴν ἀπειλὴν τοῦ Θεοῦ τὴν λέγουσαν· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς πῦρ τὸ αἰώνιον.* Οἱ τὴν αὐτὴν ἀκούσαντες φωνὴν καταπεσοῦνται δικαίως· οὐ γὰρ ἐστήκασιν εἰς Χριστὸν, ὃς ἐστι πιστευόντων στήριγμα καὶ θεμέλιος· τὸ γὰρ εἰς κρίσιν φησὶν, οὐκ εἰς ἐρώτησιν. *Ἐν τῇ συναγωγῇ δικαίων*, λέγει· ἀφορίζει γὰρ τοὺς δικαίους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν

6. *Quoniam novit Dominus viam justorum. Novit*, ibi positum est pro, *honorat*; secundum id quod dictum a Deo est ad Mosem [88] : *Novi te præ omnibus*, quasi dicat : honoro te, et invenisti gratiam coram me.

Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων. Τὸ, *γινώσκει*, ἀντὶ τοῦ, *τιμᾷ*, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Θεοῦ εἰς Μωσῆν· *Γινώσκω σε παρὰ πάντας*· ἀντὶ τοῦ τιμῶ σε, καὶ εὗρες χάριν ἐν ἐμοί.

PSALMUS II Davidi: caret inscriptione apud Hebræos.

Argumentum.

Postquam in primo psalmo Judaicæ gentis principes vocavit impios, peccatores et pestilentes; in hoc iterum eorum opera recenset hujusmodi usus nominibus, ipsis optime congruentibus. [Postquam primum psalmum per impiorum memoriam concluserat, eorumdem mentione secundum iniit psalmum, docens supra memoratum impiorum finem eos, qui furore in Salvatorem acti sunt, excepturum.]

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυῒδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. Β'.

Ὑπόθεσις.

Ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ ἀσεβεῖς τε καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ λοιμοὺς ἀποφηνάμενος τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐν τούτῳ πάλιν δείκνυσι τὰς πράξεις διὰ τῶν τοιούτων ὀνομάτων, ὧν γεγόνασι μέτοχοι. [Μνήμῃ τῶν ἀσεβῶν συμπεράνας τὸν πρῶτον ψαλμὸν, ἐκ ταύτης πάλιν τοῦ β' τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, διδάσκων, ὅτι τὸ προειρημένον τῶν ἀσεβῶν τέλος καὶ τοὺς κατὰ τοῦ Σωτῆρος λυττήσαντας ὑποδέξεται.]

1. *Quare fremuerunt gentes*, etc. Fremitum vocat brutam ferocitatem. Illud autem, *quare*, in communi dicitur, ut intelligatur etiam : *Quare populi meditati sunt inania?* Et qui, quæso, non inanis ipsis fuerit hujusmodi meditatio, utpote qui Salvatorem generis sui non acceperint?

Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Φρύαγμα τὸ ἄλογον φρόνημα. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, *Ἵνα τί*, τουτέστι· *Διὰ τί οἱ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Πῶς, γὰρ οὐ κενὰ γέγονεν αὐτοῖς ἡ μελέτη μὴ δεξαμένοις τὸν Σωτῆρα τοῦ γένους;

C

[Quæ, ait, causa tanti odii, ut in unum concurrant gentes et populi? Illud enim, *fremuerunt*, significat, tantum superbierunt, quod est cum tumore et arrogantia turbas movere et tumultuari. Translatusque est hic loquendi modus a bruto equorum impetu, nullum decorem servante, quod Judæis contigit adversus Christum insurgentibus. Quæ causa est quod in unum concurrant gentes et populi? forte etiam Israelitas vocat gentes et populos, sive Herodem et Pilatum quasi ethnicos, Judæos ut populos memorat.]

[Τίς, φησὶν, ἡ αἰτία τοσούτου μίσους εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; Τὸ γὰρ, *ἐφρύαξαν*, κατὰ τοσοῦτο ὑπερηφανεύσαντο, σημαίνει τὸ μετ' ἐπάρσεως καὶ μεγαλαυχίας τινὸς ταράσσεσθαι καὶ θορυβεῖσθαι. Μετενεχθὲν ἀπὸ τῆς ἀλόγου τῶν ἵππων ὁρμῆς ἐπ' οὐδενὶ τῶν δεόντων· ὃ συνέβη τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ Χριστοῦ. Τί τὸ αἴτιον εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; Εἴτε γὰρ τοὺς Ἰσραηλίτας φησὶ ἔθνη καὶ λαοὺς, εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώδην καὶ Πιλᾶτον ὡς ἐθνικοὺς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους.]

[*Astiterunt reges terræ.* Ac si diceret, sese suopte consilio ad id negotii destinarunt reges, Herodes nempe et Pontius Pilatus. Ita sancti apostoli in Actibus interpretati sunt.]

[*Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.* Τὸ, *παρέστησαν*, ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἀφώρισαν βασιλεῖς Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος. Οὕτως καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐν ταῖς Πράξεσιν ἡρμήνευσαν.]

D

2. *Et principes convenerunt in unum.* Supradicti scilicet ordines : scribæ nimirum, Pharisæi et legisperiti. *Adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Insidiæ enim in Christum paratæ, in ipsum quoque Patrem vertunt. Nam si Pater in Filio et Filius in Patre, quomodo non una in utrumque vertatur contumelia?

Καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Τὰ προλεχθέντα τάγματα· γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι καὶ νομικοί. *Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Ἡ γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν Πατέρα. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, πῶς οὐ καὶ μία ἡ εἰς αὐτοὺς ὕβρις γένοιτ' ἄν;

Adjicit Daniel Barbarus : Nam præpositiones duæ, et articuli duo, duas quoque personas inducunt : Patrem nimirum, et Filium, juxta illud, quod a Christo dictum est [89] : *Qui me recipit, recipit eum qui me misit; et qui me spernit, ambos spernit.*

[87] Matth. xxv, 41. [88] Exod. xxxiii, 12. [89] Luc. x, 16.

Digitized by Google

Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν. Λείπει τὸ, *λέγοντες*· ἵνα ᾖ ἡ διάνοια αὕτη· Συνήχθησαν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, λέγοντες· *Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν.* Οὐ γὰρ ἤθελον εἶσω τῆς ἱερᾶς γενέσθαι σαγήνης, περὶ ἧς γέγραπται· *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ. Καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.* Τὴν βαρύτητα τοῦ νόμου, περὶ οὗ εἴρηκε· *Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.*

[*Τὸν ζυγὸν αὐτῶν*· ἡ γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν Πατέρα. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, πῶς οὐκ ἂν μία τις εἴη ἡ εἰς αὐτοὺς ὕβρις;]

Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς. Ὡς ἀνόητα βουλευσαμένους· ὁ γὰρ ὑπ' αὐτῶν προσηλωθεὶς, καὶ θανάτῳ παραδοθεὶς, ἐν οὐρανοῖς ὢν καὶ τὰ πάντα περιέχων, κενὰς αὐτῶν καὶ ματαίας δείκνυσι τὰς βουλάς. Καὶ ὁ τούτου δὲ Πατὴρ καὶ τῶν ἁπάντων Δεσπότης τὴν ἀξίαν αὐτοῦ εἰσπράξεται δίκην. *Καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.* Ἐξουδενώσει γὰρ αὐτοὺς, φησὶ, καὶ μισήσει καὶ ἀποστραφήσεται.

[*Καταγελάσει*, ἀντὶ τοῦ, μισήσει καὶ ἀποστραφήσεται. Ἀλλ' ὁ τῶν ἐπιβουλευόντων, φησὶν, ὑψηλότερος καταγελάσει, ἤτοι γέλωτα τὴν ἐκείνων ἐπιβουλὴν ἀποφανεῖ, ὡς ἀνοήτοις ἐπιχειρούντων. Καὶ γὰρ μυκτηρισμός ἐστι πνεῦμα διὰ ῥινῶν ἀφιέμενον εἰς ἐξουδένωσιν τῶν μεγάλα φρυαττομένων. Καὶ τὸ μετὰ τῶν προθέσεων δὲ ταῦτα εἰρῆσθαι ἐπιτατικώτερον ἔχει τὴν γέλωτα. Καὶ οὐ μόνον, φησὶ, τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πειραθήσονται.]

Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Τότε, πότε, ἢ ὅτε ἔλεγον· *Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν*; Τί δέ ἐστι τὰ ἐν ὀργῇ παρ' αὐτοῦ λαληθέντα; ἢ τό· *Οὐαὶ ὑμῖν, γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι*· καὶ τό· *Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία*· καὶ τό· *Καὶ ὑμῖν οὐαὶ τοῖς νομικοῖς.*

[Στρατιὰ γὰρ αὐτοὺς Ῥωμαϊκὴ ἐξηνδραποδίσατο. Διαφέρει δὲ θυμὸς ὀργῆς, τῷ θυμὸν μὲν εἶναι ὀργὴν ἀναθυμιωμένην καὶ ἔτι ἐκκαιομένην, ὀργὴν δὲ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. Ἀτελέστερος οὖν τῆς ὀργῆς ὁ θυμὸς, ἀποτέλεσμά τε ἡ ὀργή. Καὶ τοιούτων δὲ τῶν ῥημάτων τὴν ἑρμηνείαν διδάσκει τὸ τέλος τῶν πραγμάτων. Στρατιὰ γὰρ αὐτοῖς ἐπιστᾶσα Ῥωμαϊκὴ τήν τε πόλιν ἐπόρθησε καὶ ἐνέπρησε τὸν νεὼν, καὶ αὐτῶν τοὺς μὲν πλείστους θανάτῳ παρέπεμψε· τοὺς δὲ τὴν σφαγὴν ἐκφυγόντας ἐξανδραποδίσασα, δουλείᾳ παρέδωκεν. Ἐπιστῆσαι δὲ προσήκει τὸν πιστὸν, ὡς δύο προσώπων ἐφεξῆς μέμνηται, καὶ πρῶτον μὲν Κυρίου τοῦ Χριστοῦ· *Κατὰ τοῦ Κυρίου* γὰρ, ἔφη, *καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ*· εἶτα κατοικοῦντος ἐν οὐρανοῖς καὶ Κυρίου· *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς*· καὶ αὖθις δὲ τὸ αὐτὸ διετήρησε σχῆμα.]

Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιών. Ὡς ἀποβληθέντος τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ λαοῦ, τὴν εἰς

A 3. *Dirumpamus vincula eorum.* Deest illud, *dicentes*; ut hæc sit sententia : convenerunt contra Dominum et contra Christum, dicentes : Dirumpamus vincula eorum. Noluerunt enim intra sacram esse sagenam, de qua scriptum est : *Simile est regnum cœlorum sagenæ* [60]. *Et projiciamus a nobis jugum ipsorum.* Gravitatem legis, de qua dixit [61] : *Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.*

[*Jugum ipsorum.* Nam insidiæ contra Christum ad ipsum recurrunt Patrem. Si namque Pater in Filio, et Filius in Patre est, quomodo non una fuerit iis illata contumelia?]

4. *Qui habitat in cœlis irridebit eos.* Tanquam
B stulta consulentes : qui enim ab illis confixus est et morti traditus, cum in cœlis sit et omnia contineat, vana inaniaque declarat eorum consilia. Ejusque Pater, omniumque Dominus, dignas hujusce rei exposcet pœnas. *Et Dominus subsannabit eos.* Quasi nihilum despiciet, odio habebit, aversabitur.

[*Irridebit*, ac si diceret, odio habebit, aversabitur. Sed qui insidiatoribus, inquit, excelsior est, irridebit eos, sive risu dignas eorum insidias declarabit, utpote qui stulto negotio manum admoverint. Nam subsannatio est flatus per nares emissus, ad despectum eorum qui ingentem fremitum edunt. Quod autem præpositis superioribus hæc dicantur, ampliorem præbent risus materiam. Neque id solum-
C modo, inquit, sed iram experturi sunt.]

5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua.* Tunc; quandonam, nisi cum dicerent, *Dirumpamus vincula eorum?* Quid autem est quod in ira sua loquetur? Illud : *Væ vobis, scribæ et Pharisæi* [62]; et illud : *Et vobis quoque legisperitis, væ* [63].

[Nam Romanus exercitus in captivitatem illos abduxit. Furor autem ab ira differt, quod furor sit velut ira ebulliens et adhuc accensa; ira autem, appetitus vindictæ. Imperfectior itaque furor est quam ira : estque ira ceu complementum. Verborumque hujusmodi interpretationem palam facit vel ipse rerum exitus. Exercitus namque Romanorum ipsos
D invadens urbem vastavit, atque templum incendit, et magnam partem ipsorum internecione delevit; illos autem qui mortem effugerunt, captos servituti tradidit. Animadvertat velim quisque vir fidelis, quod quasi duarum personarum mentionem deinceps faciat; primo quidem Domini Christi; siquidem, *adversus Dominum*, inquit, *et adversus Christum ejus*; deinde vero, ejus qui habitat in cœlis et Dominus est : *Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos*; ac rursum eodem modo assidue et consequenter procedit.]

6. *Ego autem constitutus rex ab eo super Sion.* Tanquam reprobato Israelitico populo, fidem quæ

[60] Matth. XIII, 47. [61] Matth. XI, 47. [62] Matth. XXIII, 13. [63] Luc. XI, 46.

Digitized by Google

apud gentes futura erat, enarrat. Sion vero, Ecclesiam significat.

[*Dominus dixit ad me, Filius meus*, etc., ac si diceret, Ipsa me Patris natura Filium declaravit: non jussu quodam id perficiente; sed essentia ipsa me figuram substantiæ Patris esse commonstrante. Apposite additur, *es*, quod generationem ante sæcula declarat: erat enim semper Filius. Adjecit autem illud, *hodie genui te*, ut generationem secundum carnem commonstraret: illud enim, *hodie*, tempus indicat: quare pro temporali generatione positum est. Consequenter item pro humana generatione adjiciuntur istæc, *genui te*. Hic mihi, quæso, animadvertas, quo pacto generationem unigeniti Christi sibi propriam Pater faciat.]

A τὰ ἔθνη γενομένην αὐτὸς πίστιν αὐτοῖς διηγεῖται· Σιὼν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν δηλοῖ.

[*Κύριος εἶπε πρός μέ, Υἱός μου*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀντὶ τοῦ, Ἀπεφήνατό με ἡ τοῦ Πατρὸς φύσις Υἱόν· οὐ προστάγματος ἐνεργήσαντος· ἀλλὰ τῆς οὐσίας ἀποδειξάσης ἐμὲ χαρακτῆρα τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως. Καλῶς γὰρ πρόσκειται τὸ, *εἶ*, τὴν πρὸ αἰώνων δηλοῦν γέννησιν· ἦν γὰρ ἀεὶ Υἱός. Ἐπήνεγκε δὲ τὸ, *σήμερον γεγέννηκά σε*, ἵνα τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν δείξῃ· τὸ γὰρ, *σήμερον*, χρόνου ἐστί· διὸ καὶ τέθειται περὶ τῆς χρονικῆς γεννήσεως. Ἀκολούθως δὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ καὶ τὰ ἐπαγόμενα, *γεγέννηκά σε*. Ὅρα πῶς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν οἰκειοῦται ὁ Πατὴρ τοῦ μονογενοῦς τοῦ Χριστοῦ.]

Et possessionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea. Id est in cruce, cujus materia lignum, cujus virtus ferrum. Juxta quosdam, Romanum imperium significat.

B *Καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς, ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.* Τουτέστιν ἐν τῷ σταυρῷ· ἡ μὲν γὰρ ὕλη ξύλου, ἡ δὲ ἰσχὺς σιδήρου. Τινὲς δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν δηλοῦσιν.

Adjicit Dan. Barbarus : Conterit figulus vas, quod e manibus cadit : non delens sed reformans : non aliud lutum, quam vetus, aquam tantum addens, quod et Christus fecit.

10. *Et nunc, reges, intelligite.* Id est, considerate, ad pœnitentiam convertimini. *Erudimini, qui judicatis terram.* Per illud, *erudimini*, profectum significat; per illud autem, *Apprehendite disciplinam*, perfectionem.

Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε. Τουτέστι, νοήσατε, πρὸς μετάνοιαν ἐπιστράφητε. *Παιδεύθητε, πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν.* Τὴν μὲν προκοπὴν διὰ τοῦ, *παιδεύθητε* παριστᾷ, τὴν δὲ τελείωσιν διὰ τοῦ, *Δράξασθε παιδείας.*

Dan. Barbarus : De via justa, a qua qui aberrant cadunt a *via justa.*

12. *Apprehendite disciplinam.* Evangelicam videlicet : *Et ne pereatis de via justa.* Ejus scilicet qui dixit [a] : *Ego sum via.*

Δράξασθε παιδείας. Τῆς εὐαγγελικῆς δηλονότι. *Καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας.* Τοῦ εἰρηκότος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.*

PSALMUS David quando fugiebat a facie Abessalom filii sui. III.

C *ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Γ'.*

Argumentum.

Ὑπόθεσις.

Proposita psalmi inscriptio ita habet. Nam hoc est quod psalmus enuntiat, quod scilicet a Judaico populo vexetur prophetarum chorus. David enim significat *desideratus;* quod revera competit prophetarum choro. Sicut ergo Abessalom rebellionem excitare tentabat adversus patrem suum, seu Davidem; ita et Judæi contra patres suos prophetas insurrexerunt, non admittentes Dei mandata, imo vero obsistentes illis.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει οὕτως. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ λέγει ὁ ψαλμὸς, ὅτιπερ ὁ χορὸς τῶν προφητῶν διώκεται ὑπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Δαυὶδ γὰρ ἑρμηνεύεται πεποθημένος· ὅπερ ἐστὶν ὁ χορὸς τῶν προφητῶν. Ὥσπερ οὖν ὁ Ἀβεσσαλὼμ ἀνταρσίαν διεζήτει κατὰ τοῦ ἰδίου Πατρὸς, τουτέστι τοῦ Δαυὶδ, οὕτω καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἐπανέστησαν κατὰ τῶν πατέρων αὐτῶν προφητῶν, μὴ δεχόμενοι τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ἀνθιστάμενοι αὐτοῖς.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Illud *quid* pro *vehementer* positum est.

Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; Τὸ, *τί*, ἀντὶ τοῦ *σφόδρα* κεῖται.

3. *Non est salus ipsi in Deo ejus.* Deus, inquit, ejus, non salvum faciet eum. Siquidem in peccatum ejus tantum quod perpetrarat intuebantur, ejusque pœnitentiam ignorabant. Hoc autem propalam facit de Davide dictum psalmum fuisse. Illud enim insurgere, proprie dicitur de iis qui antea e subditorum erant conditione, sed postea bellum excitarunt.

D *Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν Θεῷ αὐτοῦ.* Ὁ Θεὸς, φησὶν, αὐτοῦ οὐ σώσει αὐτόν· εἰς γὰρ μόνην τὴν ἁμαρτίαν ἔβλεπον ἣν ἐπεποιήκει, ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τὴν μετάνοιαν. Τοῦτο δὲ φανερώτερον δείκνυσιν ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ λέγεσθαι τὸν ψαλμόν. Τὸ γὰρ ἐπανίστασθαι κυρίως λέγεται ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν ἐν ὑπηκόων τάξει καθεστηκότων, μετὰ δὲ ταῦτα πόλεμον ἀραμένων.

4. (14) *Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea.* Quia dictum jam est, hunc psalmum ex persona Domini pronuntiari, jam dicendum est ejus

(14) *Σὺ δέ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου.* Ἐπειδὴ ἐλέχθη, ὡς ἐκ προσώπου Κυρίου ὁ ψαλμὸς ἀπαγγέλλεται, ῥητέον ὡς καὶ αὐτοῦ ὑψοῦται ἡ

[a] Joan. XIV, 6.

(14) Hæc non sunt Athanasii, sed Didymi.

Digitized by Google

κεφαλὴ, ὁ Θεὸς οὖσα, ὅταν ἡ θεότης αὐτοῦ φανερὰ δι' ἀποδείξεως τοῖς πιστοῖς γένηται.

[*Σὺ δὲ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ.* Πρέπουσα τῇ πίστει τοῦ προφήτου φωνὴ, ἀσείστως φέροντος τηλικαύτας περιστάσεις, καὶ πεποιθότος μὴ ἐγκαταλειφθήσεσθαι· ἀλλὰ πρὸς τὸ βοηθῆναι καὶ ὑψωθήσεσθαι καὶ τὴν βασιλείαν ἀπολήψεσθαι· τοῦτο γὰρ εἰπόν τινες, *ὑψῶν τὴν κεφαλήν*. Δόξα τοίνυν τοῦ δικαίου ὁ Θεὸς, ᾧ πέποιθεν· ᾧ δὲ δόξα ὁ Θεὸς, οὗτος ὑψοῦται τὴν κεφαλήν.]

A caput, quod Deus est, exaltari, cum divinitas ejus fidelibus perspicue commonstratur.

[*Tu autem, Domine, susceptor meus es.* Hæc vox Prophetæ fidei apprime convenit, qui tales rerum conditiones firmo atque intrepido animo ferebat, confidebatque se minime relictum iri; imo vero non auxilium modo adfuturum, verum etiam erigendum se fore atque regnum accepturum: id enim aiunt quidam significare illud, *exaltans caput*. Gloria itaque justi Deus est, in quem spem reposuit: cujus autem gloria est Deus, hujus caput exaltatur.]

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα. Διδάσκει ὁ λόγος, ὡς ἐν ταῖς περιστάσεσι οὐκ ἄλλῳ ἢ Θεῷ μόνῳ προσιέναι δεῖ.

5. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Docetur in occurrentibus casibus, non ad alium quam ad Deum confugiendum.

Adjicit Dan. Barbarus: De monte sancto, id est de cœlo.

[*Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα.* Προέταξε μὲν τὴν εὐχὴν, εἶτα μετὰ τὸ διάψαλμα τὴν εὐχαριστίαν, ἐπὶ τὸ τετυχηκέναι ὧν ᾔτησε. Νῦν μέντοι ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον πρὸς ἡμᾶς, καὶ διηγεῖται πῶς εὐξάμενος ἐπηκούσθη, καί φησι· *Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα.* Καὶ φωνὴν μὲν ὑπολητέον τὴν νοερὰν τῆς διανοίας πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἱκεσίαν· οὐ γὰρ τὴν κραυγὴν λέγει, ἀλλὰ τὴν αὐδαίαν τῆς διανοίας εὐχήν.

[*Voce mea ad Dominum clamavi.* Præmisit precationem, dehinc, post diapsalma, gratiarum actionem addit de concesso postulato. At jam ad nos converso vultu, narrat quo pacto preces ejus admissæ sint, aitque: *Voce mea ad Dominum clamavi.* Per *vocem* intelligas intelligibilem mentis Deo universorum supplicationem: non enim de clamore loquitur, sed de prolata per mentem oratione.

Τὸ δέ· *ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους*, κατὰ τὴν κατέχουσαν εἴρηται δόξαν. Ἐνομίζετο γὰρ ἐν τῇ Σκηνῇ κατοικεῖν, ἐπειδὴ ἐκεῖθεν καὶ οἱ χρησμοὶ τοῖς ἱερεῦσι ἐδίδοντο. Ἢ τὸ, *ἐξ ὄρους ἁγίου*, ἀντὶ τοῦ, ἐξ οὐρανοῦ· ὡς καὶ τό· *Ἐν ὄρει ἁγίῳ σου*· καὶ, *Ἐγγίσατε ὄρεσιν αἰωνίοις*, δύναται ὄρος ἅγιον εἶναι Θεοῦ ἐξ οὗ εἰσακούει τῶν εὐχομένων ὁ Θεὸς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ, περὶ οὗ εἴρηται· *Ἔσται ἐμφανὲς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου ἐπ' ἐσχάτῳ τῶν ἡμερῶν*· δηλούσης τῆς λέξεως ταύτης τὴν γενομένην αὐτοῦ φανέρωσιν, κατὰ τὴν ἐπιδημίαν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων· ἢ, ἐξ ὄρους ἁγίου, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Ὄρος ἅγιον Θεοῦ ἡ ὑπερφυὴς γνῶσις αὐτοῦ.

Illud porro: *exaudivit me de monte*, dicitur secundum vulgarem opinionem. Putabatur enim in tabernaculo habitare, quia inde oracula sacerdotibus dabantur. Vel, *de monte sancto*, quasi dicas de cœlo; ut etiam illud, *In monte sancto tuo* [65], et *Appropinquate montibus æternis* [66]. Potest mons sanctus Dei esse ex quo exaudit orantes Deus unigenitus, illius, de quo dictum est, *Erit conspicuus mons Domini in novissimo dierum*. Quod dictum manifestationem ejus significat, quæ futura est in adventu ejus in consummatione sæculorum: aut, ex monte sancto, id est ex cœlo. Mons sanctus Dei est supernaturalis ejus cognitio.

Τὸ διάψαλμα, μουσικοῦ μέλους ἢ τροπῆς γενομένης ἢ διανοίας καὶ δυνάμεως λόγου ἐναλλαγῆς.

Diapsalma adhibetur cum musici cantus mutatio fit, aut cum sententia et vis sermonis alio vertitur.

Τὸ, *ἐξηγέρθην*, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι, τῆς θείας ἀπολαύσας τροπῆς, κρείττων ἐγενόμην τῶν προσπεσόντων κακῶν.]

Illud, *Exsurrexi*, significat, divina conversione dignatus, ingruentibus in me malis superior evasi.]

Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα. Τὸν περὶ τοῦ νοῦ ὕπνον φησὶ, δι' οὗ καὶ εἰς τὴν ἁμαρτίαν κατέπεσεν.

6. *Ego dormivi et soporatus sum.* Mentis somnum dicit, per quem incidit in peccatum.

[*Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι.* Πάταξον, σύντριψον, ἢ πατάξεις. Ἐπισπεύδει τὴν ἐξανάστασιν τὴν κατ' αὐτῶν τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τὴν ἄμυναν. *Ματαίως* ἔχει τοὺς ἐχθροὺς ὁ μὴ παρέχων πρόφασιν μίσους. *Ὀδόντας* δὲ *ἁμαρτωλῶν* ἢ τὴν ἰσχὺν λέγει τῶν εἰς αὐτὸν ἁμαρτανόντων, ἢ τοὺς λόγους τοὺς κατ' αὐτοῦ, καὶ τὰς βλασφημίας· ἢ ὀδόντες ἁμαρτωλῶν εἰσι λογισμοὶ ἄλογοι παρὰ φύσιν ἡμῖν ἐπισυμβαίνοντες. Τοῖς γὰρ λογισμοῖς ὡς ὀδοῦσι χρώμενοι πολλάκις ἀντικείμενοι προσεγγίζουσιν ἡμῖν, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας ἡμῶν, τουτέστι τὰ ἐκ τῆς σαρκὸς φυόμενα. *Φανερὰ δὲ*, φησὶν, *ἐστὶ τὰ ἔργα τῆς*

[Vers. 8. *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi.* Percute, contere, aut percuties. Sollicitat Deum ut contra inimicos insurgat, ad se ulciscendum. *Sine causa* inimicos habet, qui nullam præbuit odii materiam. *Dentes* autem *peccatorum*, aut vim ait esse peccantium adversus Deum, aut verba in ipsum prolata, et blasphema dicta. Aut dentes peccatorum sunt cogitationes irrationabiles, quæ præter naturam nobis incidunt. Nam cogitationibus velut dentibus usi adversarii, plerumque appropinquant nobis, ut edant carnes nostras; videlicet ea quæ ex carne nascuntur. *Manifesta autem sunt opera*

[65] Psal. XIV, 1. [66] Psal. LXXV, 5.

Digitized by Google

carnis, ait divinus Apostolus [67]. Dentes porro ait, sumpta a feris metaphora, quæ in dentibus robur habent, quibus fractis despectui habentur. Etenim homicidæ ac sanguinarii homines, ipsis carnivoris feris pejores sunt, atque iisdem comparantur.]

A σαρκὸς, ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ὀδόντας λέγει· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν θηρίων τοῦτό φησιν, ἃ μᾶλλον τοῖς ὀδοῦσιν ἰσχύει, καὶ συνθλωμένων, εὐκαταφρόνητα γίνονται. Καὶ γὰρ οἱ φονεῖς καὶ αἱμοχαρεῖς καὶ αὐτῶν τῶν αἱμοβόρων θηρίων χείρους εἰσὶν, ἢ τούτοις παρισοῦνται.]

9. *Domini est salus.* Salvum me fac, inquit, Domine. Rogo autem, ut salus istæc in totum feratur populum. Sciendum porro est, totum psalmum ad humanum referri genus, quod cum peccasset, traditum ideo fuit spiritualibus inimicis : sed clamat in tribulatione et exauditur a Deo, salutemque consecutum est, eo quod nempe Christus a mortuis resurrexerit, ac nostros percusserit inimicos, dæmones scilicet. Ipse namque est qui *molas leonum confregit Dominus* [68]. Atque illius, sive ab illo est salus.

Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία. Σῶσόν με, φησὶν, Κύριε. Εὔχομαι δὲ καὶ τοῦτο εἰς πάντα ἐξενεχθῆναι τὸν λαόν. Ἰστέον δὲ, ὡς ἅπας ὁ ψαλμὸς ἀναφορὰν ἔχει εἰς τὴν ἀνθρωποτητα, ἁμαρτοῦσαν μὲν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο παραδεδομένην τοῖς νοητοῖς ἐχθροῖς, βοῶσαν δὲ ἐν θλίψει καὶ ἐπακουσθεῖσαν παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴν καὶ σωθεῖσαν διὰ τοῦ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν δηλονότι, καὶ πατάξαι τοὺς ἐχθραίνοντας ἡμῖν δαίμονας. Αὐτὸς γὰρ, *ὁ τὰς μύλας τῶν λεόντων συν-*
B *θλάσας Κύριος.* Καὶ αὐτοῦ [αὐτός, *Ambr.*] ἐστιν, ἤτοι παρ' αὐτοῦ, ἡ σωτηρία.

[*Domini est salus.* Non est mihi, inquit, spes in homine ? sed abs te salutem exspecto, pariterque populus tuus qui mecum bello impetitur.

[*Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία.* Οὐκ ἔχω, φησὶν, εἰς ἄνθρωπον τὴν ἐλπίδα, ἀλλὰ παρὰ σοῦ τὴν σωτηρίαν προσμένω, καὶ ὁ σὸς λαὸς σὺν ἐμοὶ πολεμούμενος.]

1. *In finem in carminibus PSALMUS David IV.*

Εἰς τὸ τέλος ΨΑΛΜΟΣ ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ. Δ'.

Argumentum.

(15) *Ὑπόθεσις.*

Hunc Psalmum post reportatam victoriam, victori dicat.

Τοῦτον τὸν ψαλμὸν μετὰ τὸ νικῆσαι τὸν πόλεμον ἀνατίθησι τῷ νικοποιῷ

[Pro illo, *in finem*, Aquila et Theodotio interpretati sunt, *victori:* Symmachus vero, *Epinicium*, sive victoriæ carmen.]

[Ἀντὶ τοῦ, *εἰς τὸ τέλος*, ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, *τῷ νικοποιῷ*, ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἐπινίκιον.*]

2. *Cum invocarem audivit me Deus justitiæ meæ.* Simile est illi : *Te adhuc loquente dicet : Ecce adsum* [69]. *In tribulatione dilatasti mihi.* Non modo ab C incidentibus ærumnis liberasti, sed etiam in magnam latitudinem et libertatem posuisti.] Siba et Berzel alimenta multa et tapetes Davidi obtulerunt, quando fugiens Absalonem, in desertis locis atque in montibus versabatur, quasi tres pueri in fornace, et Daniel cum leonibus. Quando tribulationum et tentationum rationem intelligimus tunc maxime dilatamur. Alio item pacto potest latitudo explicari.] *Miserere mei, et exaudi orationem meam.* Quoniam dixerat se propter justitiam suam exauditum, propterea confugit ad Dei misericordiam.

Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου. Ὅμοιον τῷ, *Ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμι. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι.* Οὐ μόνον, φησὶ, τῶν περιστάσεων ἐξήγαγες, ἀλλὰ καὶ εἰς εὐρυχωρίαν πολλὴν στῆναι παρεσκεύασας. [Σιβὰς καὶ Βερζὲλ τροφὰς πολλὰς καὶ τάπητας προσήγαγον τῷ Δαυΐδ, ὅτε δὴ, φυγὼν τὸν Ἀβεσσαλὼμ, διέτριβεν ἐν τοῖς ἐρήμοις καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὥσπερ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐν τῇ καμίνῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν τοῖς λέουσιν. Ὅταν θλίψεων καὶ τῶν πειρασμῶν τοὺς λόγους ἐπιγινώσκωμεν, τότε μάλιστα πλατυνόμεθα. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως εὐρυχωρίαν εἰπεῖν.] *Οἰκτείρησόν με, καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.* Ἐπειδὴ ἐξηκούσθη, ἔφη, ἐκ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, τούτου χάριν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς ἀνατρέχει τοῦ Θεοῦ.

3. *Filii hominum, usquequo gravi corde.* Hæc iis dicta sunt, qui magni exercitus ope, justum opprimi posse confidebant. Hæc autem spes, inquit, D et vana et mendax est.

Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι. Ταῦτα ὡς πρὸς τοὺς πιστεύσαντας τῷ πλήθει τοῦ στρατοῦ ἐλεῖν τὸν δίκαιον. Αὕτη δὲ ἡ ἐλπὶς, φησὶ, ματαία καὶ ψευδής ἐστιν.

4. *Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.* Hoc est, scitote, qui in multitudine confiditis, quod Deus admirabilem exhibuerit eum qui confidit in ipso. *Dominus exaudiet me cum clamavero.* Tempus pro tempore alio sumitur : nam pro, exaudivit, dixit, exaudiet.

Καὶ γνῶτε, ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ. Ἀντὶ τοῦ, Γνῶτε τοιγαροῦν, οἱ πεποιθότες ἐπὶ πλήθει, ὡς θαυμαστὸν ἀπέδειξε τὸν πεποιθότα ἐπ' αὐτῷ. *Κύριος εἰσακούσεταί μου ἐν τῷ κεκραγέναι με.* Χρόνος ἀντὶ χρόνου εἴληπται· ἀντὶ τοῦ, εἰσήκουσε, γὰρ ἔφη τὸ, εἰσακούσεται, ῥῆμα

5. *Irascimini et nolite peccare. Quæ dicitis in cordibus vestris in cubilibus vestris compungimini.* Quasi suis istæc loquitur, ut et omnibus hominibus.

Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Ὡς πρὸς τοὺς ἰδίους αὐτοῦ ταῦτά φησιν,

[67] Galat. v, 19. [68] Psal. LVII, 7. [69] Isa. LVIII, 9.

(15) Argumentum incerti auctoris.

Digitized by Google

ὡς πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Εἰ καὶ δέξησθε, φησὶ, A τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἄπρακτον ἀπεφήνατε τῇ ἐν ἡσυχίᾳ κατανυγῇ. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *Ἐν ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.*

Daniel Barbarus: Quæ dicitis in cordibus vestris. est enim compunctio sensus quidam tanquam animæ stimulus, et aculeus : in nocte autem consilia purgatiora sunt.

Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον. Διδάσκει πῶς περιεσόμεθα τῶν ἐχθρῶν. Πῶς δὲ περιεσόμεθα; εἰ δικαιοπράττοντες, καὶ τοῦτο ὥστερ θυσίαν ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ. *Πολλοὶ λέγουσι· Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά;* Ταῦτα τῶν περὶ τὰς διοικήσεις τοῦ Θεοῦ ὀλιγωρούντων τὰ ῥήματα.

Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. Τὸ φῶς τοῦ κόσμου ὁ Χριστός ἐστι, ὁ καὶ διδάξας ἡμᾶς τὰ ὄντως ἀγαθὰ, δι' ἃ καὶ τὴν B νοητὴν εὐφροσύνην ἐσχήκαμεν τὴν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν (16).

Internas cogitationes vestras in nocte condemnetis : Etiamsi, inquit, iram admittatis, sed ne sinatis eam in actum prorumpere, in quiete compunctionis eam continentes. Illud enim est quod dicitur : *In cubilibus vestris compungimini.*

6. *Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino.* Docet quo pacto superare hostes valeamus Quo pacto superabimus? proba edentes opera, quæ quasi sacrificium offeramus Deo. *Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?* Hæc sunt eorum verba qui ministeria Deum spectantia negligunt.

7. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Lumen mundi Christus est, qui vera nobis bona ostendit, per quæ spiritualem lætitiam habuimus in mente et in corde.

ΨΑΛΜΟΣ Ε'.

Ὑπόθεσις.

Κληρονομοῦσά ἐστιν ἡ θεοφιλὴς ψυχὴ, ἤτοι ἡ Ἐκκλησία. Τί δέ ἐστιν ἃ κληρονομεῖ; *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη.* Εὔχεται δὲ καί τι ἂν ποιουμένη εἰσακουσθῆναι, ἑαυτῆς τό τε εὐθὲς παριστῶσα, καὶ τῶν αἰτίων διαβάλλουσα τὴν πονηρίαν.

[*Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι.* Ἐν ἀπολαύσει, φησὶ, τοῦ νοητοῦ γενομένη φωτὸς, προσεύξομαί σοι· διὸ καὶ εἰσακουσθῆναι πιστεύω.]

Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι.

Τὸ πρωὶ παραστήσομαί σοι. Μέγα ἀγωνίας [μέγα εἰς ἀγνείας *Ambr.*] καύχημα τὸ ἐκ τῆς κοίτης αὐτῆς παρίστασθαι τῷ Θεῷ καὶ φθάνειν ἐν εὐχαριστίᾳ τὸν ἥλιον. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἐπόψομαι τὰ θεῖα καὶ ἁγιά σου μυστήρια ἃ ἡτοίμασας τοῖς ἀγαπῶσί σε. *Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ.* Διὰ τοῦτο, φησὶν, εἰσακουσθήσεσθαι θαῤῥῶ, ὅτι τῶν τοιούτων οὐκ ἐπιτήδευσα οὐδὲν ὧν μεμίσηκας. Ταῦτα δέ ἐστιν ἀνομία, καὶ πονηρία, καὶ παρανομία, καὶ ψεῦδος, καὶ φθόνος, καὶ δόλος.

Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Τοὺς μὲν ἐν τῇ πολιτείᾳ πταίοντας ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν ὠνόμασεν· τούτους δὲ μισεῖ ὁ Θεός· τοὺς δὲ ἀποπεσόντας τῆς ἀληθείας ἑτεροδόξους λαλοῦντας D ψεῦδος εἶπεν, οὓς ἀπολεῖ ὁ Θεός. Καὶ τήρει διαφορὰν τοῦ, *ἐμίσησας*, καὶ, *ἀπολεῖς*. Πρῶτον μὲν εἰ χεῖρον τὸ, *ἀπολεῖς*, τοῦ, *ἐμίσησας*· δεύτερον δὲ διὰ τί τὸ μὲν εἰς παρεληλυθότα ἔκλινε χρόνον, τὸ δὲ εἰς μέλλοντα.

[Λαλοῦντας ψεῦδος, καὶ τοὺς τὰ εἴδωλα λέγοντας θεοὺς, καὶ αὐτοὺς τοὺς δαίμονας, τοὺς ἐν τοῖς εἰδώλοις λέγοντας λόγους ψευδεῖς καὶ λοξοὺς καὶ χρησμούς.]

Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος. Μισεῖ γὰρ τὸν τοιοῦτον ὁ Θεὸς καὶ ἀποστρέφε-

PSALMUS V.

Argumentum.

Quæ hæreditatem accipit, est anima religiosa, sive Ecclesia. Quid est quod hæreditate accipit? *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* [70]. Precatur autem, atque, ut exaudiatur, rectum sui propositum declarat, et adversariorum nequitiam.

[*Quoniam ad te orabo.* Intelligibili, inquit, lumine gaudens, ad te orabo, ac me exauditum iri confido.]

Verba mea auribus percipe, Domine.

5. *Mane astabo tibi.* Magna studii et contentionis gloria, ex ipso cubili Deo se sistere, ac in gratiarum actione solem prævertere. Sic enim, inquit, videbo divina et sancta tua mysteria, quæ præparasti diligentibus te. *Quia non Deus volens iniquitatem tu es.* Propterea, inquit, me exaudiendum esse confido, quia hujusmodi rerum, quas tu oderis, nullam habui curam. Hæc porro sunt improbitas, iniquitas, mendacium, invidia, dolus.

7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Eos qui in instituto vitæ suæ labuntur, vocavit operantes iniquitatem. Hos vero odio habet Deus. Heterodoxos autem, qui a veritate exciderunt, loquentes mendacium vocat, quos perditurus est Deus. Atque observes velim discrimen inter illud : *Odisti*, et illud: *perdes*. Et primo quidem an illud, *perdes*, pejus sit quam illud, *odisti*. Secundo quid causæ sit, quod illud in præterito tempore, hoc in futuro jaceat.

[Qui loquuntur mendacium, et qui dicunt idola esse deos, atque ipsos dæmones, qui in idolis dicunt mendacia, obliqua et oracula.]

8. *Virum sanguinum et dolosum abominatur Dominus.* Hujusmodi quippe hominem odit Deus et

[70] I Cor. II, 9.

(16) In codice Colb. 3 deest unum aut alterum folium.

Digitized by Google

aversatur. *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam.* Cœlestem dicit Jerusalem primogenitorum matrem. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Templum est status animæ sanctæ et virtute florentis, quem qui obtinent fidenter agunt. Christus autem utpote Filius in domo ejus requiescet, cujus nos domus. Nam tua fruens clementia, tuaque dextera protegente, continua in sacro gloriæ tuæ templo te prosequor adoratione, ait sancta et pura anima; cum enim timorem tui ubique circumferam, nunquam patiar ut eum amittam, tuæ confidens clementiæ. *Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.* Spirituales videlicet. *Cor eorum vanum est.* Id est, cor sapientium hujus sæculi; aut etiam hæreticorum. Illi enim veritatis sermonem ignorant.

11. *Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant.* Linguas suas leniunt, et mortifera eructant dogmata.

12. *Decidant a cogitationibus suis.* Ab his, inquit, cogitationibus, quas contra me admittunt, invidentes meo secundum Deum profectui.

[*Secundum multitudinem impietatum expelle illos*, pios scilicet efficiens. Nam qui animam persequuntur Deo grata opera edentem, Deum exasperant aperteque bello oppugnant.

13. *Et habitabis in eis.* Ipse namque et Pater ejus venient, et mansionem apud eum facient.

14. *Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo.* Tua, inquit, benedictione et providentia tuis concessa famulis, qui se tui nominis amori dedidere, ob tuam erga ipsos sollicitudinem magnifice sentient de tua quam enarrabunt potestate. Atque ita loquitur beatus Paulus: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*[71]. *Ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Coronam, inquit, pro laboribus dabis in fine, qua tanquam scuto nos proteges.

In finem, in hymnis, pro octava,
PSALMUS David. VI.

Argumentum.

Ecquid porro aliud fuerit octava, nisi resurrectionis Christi dies, qua laborum fructus percepturi sumus; inimicis scilicet nostris cum pudore et perturbatione retrorsum abactis. Hunc porro canit psalmum, utpote diuturno tempore in pœnitentia versatus, quam obtulit pro peccato.

2. *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Non simpliciter, sed cum furore argui recusat. Neque correptionem abnuit, sed eam quæ cum ira fiat.

3. *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.* Nulla enim anima ante labitur in peccatum, quam ex viribus quidpiam amiserit.

[Infirmitatem adumbrat, quæ ex ægritudine animi et ex fletibus provenit.]

4. *Et anima mea turbata est valde.* Animæ scili-

[71] II Cor. x, 17.

ται. *Ἐγὼ δὲ ἐν πλήθει τοῦ ἐλέους σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου.* Τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ τὴν πρωτοτόκων μητέρα. *Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου ἐν φόβῳ σου.* Ναὸς Θεοῦ ἡ ἐνάρετος καὶ ἁγία κατάστασις, ἣν οἱ ἔχοντες μετὰ παῤῥησίας φησί. Χριστὸς δὲ ὡς Υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐπαναπαύσεται, οὗ οἰκός ἐσμεν ἡμεῖς. Τῆς γὰρ σῆς ἀπολαύουσα φιλανθρωπίας καὶ τῇ σῇ δεξιᾷ φρουρουμένη τὴν διηνεκῆ σοι προσφέρω προσκύνησιν ἐν τῷ ἁγιερωμένῳ τῆς σῆς δόξης ναῷ, φησὶν ἡ ἁγία καὶ καθαρὰ ψυχή· τὸν σὸν γὰρ ἀεὶ περιφέρουσα φόβον, οὐκ ἀνέξομαι τοῦτον ἀποβαλεῖν τῇ φιλανθρωπίᾳ σου θαῤῥοῦσα. *Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνόν ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου.* Τῶν νοητῶν δηλονότι. *Ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.* Τῶν σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου, ἢ καὶ τῶν αἱρετικῶν. Οὗτοι γὰρ ἀληθείας λόγον οὐκ ἴσασιν.

Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. Τὴν γλῶσσαν αὐτῶν λεαίνουσι, καὶ τὰ νεκρὰ ἐρεύγονται δόγματα.

Ἀποπεσέτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν. Ταῦτα γὰρ, φησὶ, τὰ διαβούλια πάντα κατ' ἐμοῦ ἐποιοῦντο τῇ κατὰ Θεόν μου προκοπῇ ἐναντιούμενοι.

[*Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν ἔξωσον αὐτούς*, εὐσεβεῖς αὐτοὺς ἐργασάμενος. Οἱ γὰρ διώκοντες τὴν φίλα τῷ Θεῷ πράττουσαν ψυχὴν Θεὸν πικραίνουσι θεομαχοῦντες σαφῶς.]

Καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς. Αὐτὸς γὰρ ἐλεύσεται καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσονται.

Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον, Κύριε. Τῆς γὰρ σῆς εὐλογίας τε καὶ προνοίας τοῖς σοῖς χορηγουμένης θεραπευταῖς, οἵ, σφᾶς αὐτοὺς ἐραστὰς τοῦ σοῦ ὀνόματος καταστήσαντες, ἐπὶ τῇ σῇ κηδεμονίᾳ μεγάλα φρονήσουσι τὴν σὴν διηγούμενοι δύναμιν. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Παῦλος· *Ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. Ὡς ὅπλον εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς.* Στέφανος, φησὶν, ἡμῶν τῶν πόνων χαρίσῃ τὸ τέλος, τούτῳ καθάπερ ὅπλῳ τινὶ περιφράττουσα ἡμᾶς.

Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης,
ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. Ϛ'.

Ὑπόθεσις.

Καὶ τίς ἂν εἴη ἡ ὀγδόη, ἢ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσιμος ἡμέρα, καθ' ἣν τῶν ἡμετέρων κόπων ἀπολῃψόμεθα καρπούς; τῶν ἐχθρῶν δηλαδὴ ἀποστρεφομένων εἰς τὰ ὀπίσω, μετ' αἰσχύνης δηλονότι καὶ ταραχῆς. Ἄδει δὲ τὸν ψαλμὸν ὡς μακρὸν χρόνον ἔχων ἐν τῇ μετανοίᾳ, ἣν ὑπὲρ ἁμαρτίας προσέφερεν.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. Οὐ τὸν ἔλεγχον παραιτεῖται, ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ· οὐδὲ τὴν παιδείαν, ἀλλὰ τὴν μετ' ὀργῆς.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. Πᾶσα γὰρ ψυχὴ οὐ πρότερον εἰς ἁμαρτίαν πίπτει πρὶν τῆς ἰσχύος ἐνδῷ.

[Ἀσθένειαν αἰνίττεται τὴν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας καὶ τῶν ὀδυρμῶν ἐγγινομένην.]

Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. Αἱ τῆς ψυ-

Digitized by Google

χῆς δηλονότι δυνάμεις. *Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε;* Τῆς πολυχρόνου μετανοίας τὸ ῥῆμα παραστατικόν.

Ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου. Ὡς ἀπεστραμμένου αὐτοῦ δηλονότι διὰ τὴν ἁμαρτίαν. *Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου.* Πᾶν γὰρ τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν τῷ ἐλέῳ ἀναθετέον τοῦ Θεοῦ.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. Ἐπειδὴ μακρός μοι γέγονε, φησὶν, ὁ τῆς μετανοίας καιρὸς, δέδοικα μὴ φθάσῃ τὸν παρὰ σοῦ ἔλεον ὁ θάνατος, ἐν ᾧ τὰ τῆς ἐξομολογήσεως οὐκ ἔστι. Τούτου χάριν ἐπιταχύναι τὸν ἔλεον αἰτῶ.

Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου. Ἀκούσωμεν οἷαν ὁ βασιλεὺς μετάνοιαν ἐπεδείξατο. Οὐχ ἁπλῶς ἔκαμεν, ἀλλ' ἐκοπίασε στενάζων· οὐχ ἁπλῶς ἐδάκρυσεν, ἀλλὰ τὴν κλίνην ἔλουσε, καὶ καθ' ἑκάστην νύκτα. Καὶ οὐ τὸ παρελθὸν σκοπεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐπαγγέλλεται τοῖς πρὸς τὸ μέλλον διὰ πάσης τῆς ζωῆς· καὶ ὃν οἱ πολλοὶ ποιοῦνται αἰνέσεως [ἀνέσεως] καιρὸν, τοῦτον ἐκεῖνος ἐξομολογήσεως. *Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου.* Ἀντὶ μιᾶς, φησὶ, νυκτὸς, καθ' ἣν τὴν ἁμαρτίαν ἐποίησα, πολλὰς διετέλεσα νύκτας δάκρυσι βρέχων τὴν στρωμνήν μου.

Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου. Ὀφθαλμὸν δὲ τὸν νοῦν λέγει, ἐπειδὴ ὁ ὀφθαλμὸς τῆς ψυχῆς ἐστιν ὁ νοῦς. *Ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου.* Ἐνταῦθα τὸν χρόνον δηλοῖ τῆς κακοπαθείας.

[Ὃν καὶ ἐν τάξει κατορθώματος κέκτηται, διὰ τὸ πολὺν εἶναι.]

Ὅτι εἰσήκουσε Κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου. Ὡς ἤδη εἰσακουσθεὶς μακρὸν κατὰ τῶν ἐχθρῶν συνείρει λόγον. Οὐ μικρὰ δὲ καὶ αὕτη πρὸς ἀρετὴν ὁδὸς, τὸ φεύγειν καὶ διακρούεσθαι τὰς τῶν πονηρῶν συνουσίας. Οὗτος γὰρ τῆς μετανοίας καρπὸς καὶ τῶν δακρύων τὸ κέρδος. Ἢ ἐλλιπῶς τοῦτο, ἀντὶ τοῦ· Δὸς εἰπεῖν τοῖς ἐπεμβαίνουσιν ἐχθροῖς· Ἀπόστητε, ὅτι εἰσηκούσθην, ὅτι προσεδέχθην ὁ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀπωσθείς.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ, ὃν ᾖσε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμινεῖ. Ζ'.

Ὑπόθεσις.

Ἀρχιεταῖρος τοῦ Δαυὶδ ὁ Χουσὶ, ὃς ἀποστέλλεται παρὰ τοῦ Δαυὶδ πρὸς Ἀβεσσαλὼμ ἐπὶ τῷ ἀντιπρᾶξαι τῷ Ἀχιτόφελ βουλὰς εἰσηγουμένῳ κατὰ τοῦ Δαυὶδ· ὃς καὶ ἀπελθὼν, καὶ προδοσίαν ὑποκρινάμενος, βουλῆς προστεθείσης παρὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, αὐτῷ τε τῷ Χουσὶ καὶ τῷ Ἀχιτόφελ· καὶ τοῦ μὲν κελεύοντος ἐπιδιώκειν, τοῦ Ἀχιτόφελ, τοῦ δὲ μὴ, τοῦ Χουσί· οὐ γὰρ δεῖ ἀπράκτως, φησὶν, ἐπιέναι ἀνδρὶ ἐπισταμένῳ τὰ πολέμια· καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ διασώσαντος τὸν Δαυὶδ· ὡς ἂν μὴ ἀνθρωπίνης ἐπικουρίας σωζόμενος, τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ τούτων εὐχαριστήριον ᾠδὴν ἀναπέμπει, τὸ πᾶν ἐκείνου τῇ χάριτι ἀνατιθείς, ἀνθρώπων δὲ οὐδενί.

Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. Ἐπειδὴ ἀνθρώπῳ, φησὶ, περὶ σωτηρίας οὐ θαῤῥῶ, εἰ καὶ τοῦ Χουσὶ οἱ λόγοι καλοὶ, σῶσόν με καὶ ἐκ τῶν παρόντων μὲν ἐχθρῶν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ ἐφεδρεύοντος νοητοῦ λέοντος τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ.

A cet facultates. *Et tu, Domine, usquequo?* Diuturnam pœnitentiam declarat hoc dictum.

5. *Convertere, Domine, eripe animam meam.* (Id ait) quasi Domino ob peccatum averso. *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* Totum salutis nostræ negotium misericordiæ Dei ascribendum.

6. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui.* Quoniam, inquit, diuturnum mihi est pœnitentiæ tempus, timeo ne mors tuam misericordiam prævertat, ubi nullus erit confessioni locus. Cujus gratia, maturare misericordiam tuam postulo.

7. *Laboravi in gemitu meo.* Audiamus regis illius pœnitentiam, qui non solum laboravit, sed etiam ingemiscendo magno affectus est dolore; non solum B collacrymatus est, sed lavit per singulas noctes lectum suum. Neque tamen id ille respicit quod jam præteriit, sed similia facturum se pollicetur per totum vitæ tempus: et quod alii tempus laudibus insumunt, id ille confessioni deputat. *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Pro nocte una, inquit, quam peccando transegi, multas exegi noctes rigando lacrymis lectum meum.

8. *Turbatus est a furore oculus meus.* Mentem ait; ipsa quippe est animæ oculus. *Inveteravi inter omnes inimicos meos.* Hic tempus ærumnæ declarat

[Quod in recte factorum numero reponit, quia multum fuit.]

9. *Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.* C Quasi jam exauditus longum contra inimicos contexit sermonem. Nec minima illa est ad virtutem via, fugere et abjicere improborum consortium. Hic enim est pœnitentiæ fructus et lacrymarum lucrum. Aut fortassis illud per ellipsin dictum est, ut intelligatur: Concede nobis ut dicamus iis qui in nos irruunt adversariis: Abscedite, quoniam exaudivit me. Quoniam ipse susceptus sum, qui peccati causa expulsus fueram.

PSALMUS Davidi, quem cantavit Domino pro verbis Chusi, filii Jemini. VII.

Argumentum.

Amicissimus Davidi erat Chusi, qui mittitur a Davide ad Abessalom, ut Achitopheli, consiliorum contra Davidem auctori, adversaretur. Qui cum D abscessisset, ac proditionem simularet, consilium postulante Abessalome Chusi et Achitopheli, atque consilium dante Achitophele, ut Davidem insequeretur; Chusi autem secus suadente, non oportere scilicet, nec e re fore, insequi virum peritum belli; iis verbis Davidem servavit. Is vero quasi non humano servatus auxilio, Deo canticum hoc in gratiarum actionem offert: ejusque gratiæ totum, ac nulli hominum ascribit.

2. *Domine Deus meus, in te speravi.* Quoniam, inquit, de mea salute nihil ab homine sperandum puto, licet Chusi consilia bona sint; tu tamen salvum me fac, et quidem ex instantibus inimicis, sed maxime a spirituali leone, qui animæ meæ insidias parat.

Digitized by Google

5. *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Injuriarum oblivionem præfert, qua Deum ad misericordiam provocat. *Decidam merito ab inimicis meis inanis.* Justus post victoriam plenus onustusque ab inimicis abscedit: improbus autem ubi victus est, iis vacuus excidit, nullam habens rerum copiam.

A *Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά.* Τὸ ἀμνησίκακον προβάλλεται ἐκκαλούμενος δι' αὐτοῦ εἰς ἔλεον τὸν Θεόν. *Ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός.* Ὁ μὲν δίκαιος νικήσας πλήρης ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐξέρχεται· ὁ δὲ φαῦλος καὶ νικηθεὶς ἀποπίπτει αὐτῶν κενὸς, καὶ οὐδὲν ἔχων πληρώματος.

6. *Persequatur inimicus animam meam.* Quod ait est hujusmodi: incidam in manus diaboli si quid ex supradictis admisi. (*Alio modo.*) Id est, si hoc illudve feci, ne a peccato liberer ante mortem. *Exaltare in finibus inimicorum meorum.* Id est, in robustis inimicorum meorum. Nam fines summitates significant.

Καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐμπέσω εἰς τὰς χεῖρας τοῦ διαβόλου, εἰ τοιοῦτόν τι ἐποίησα τῶν προλεχθέντων· εἰ καὶ τὸ καὶ τὸ ἐποίησα, μὴ ἐλευθερωθείην τῆς ἁμαρτίας πρὸ τοῦ θανάτου. *Ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν μου.* Τουτέστιν, ἐν τοῖς κραταιοῖς τῶν ἐχθρῶν μου. Πέρατα γὰρ τὰ ἄκρα δηλοῖ.

7. *Et exsurge, Domine Deus meus, in præcepto.* Palam his verbis adventum annuntiat Salvatoris. *Et synagoga populorum circumdabit te.* His aperte B declarat Ecclesiæ fidem in ipsum.

Καὶ ἐξεγέρθητι, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐν προστάγματι ᾧ ἐνετείλω. Σαφῶς περὶ τῆς θεοφανείας τοῦ Σωτῆρος διὰ τῶν παρόντων εὐαγγελίζεται. *Καὶ συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε.* Σαφῶς διὰ τῶν παρόντων τῆς Ἐκκλησίας τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν δηλοῖ.

8. *Et propter hanc in altum regredere.* Synagogam videlicet. Illud vero, *in altum*, aut venerandam significat crucem, ad quam attulit peccata nostra, aut reditum in cœlum. Abiit enim ut pro nobis sese sisteret ad conspectum Patris.

Καὶ ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος ἐπίστρεψον. Ταύτης μὲν τῆς συναγωγῆς δηλονότι. Τὸ δὲ, *εἰς ὕψος*, ἢ τὸν τίμιον αἰνίττεται σταυρὸν, εἰς ὃν ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, ἢ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀναφοίτησιν. Ἐπορεύθη γὰρ ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Πατρὸς ὑπὲρ ἡμῶν.

9. *Judica me, Domine, secundum justitiam meam.* Rogat iterum a suis eripi inimicis, ex malis sibi illatis ad misericordiam provocans.

Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. Ἀξιοῖ πάλιν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σωθῆναι, ἀφ' ὧν ἔπραξαν τὸν ἔλεον ἐκκαλούμενος.

Daniel Barbarus: Justum adjutorium meum a Domino. Justa petenda sunt, ut ipsa petitionis vi et natura, momentum ejus qui servat rectos corde facile attrahendo inclinemus.

11. *Qui salvos facit rectos corde.* Nosti, inquit, C cordis nostri cogitationes; quapropter tuum imploro auxilium.

Τοῦ σώζοντος τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Ἐπειδὴ οἶδας, φησὶ, τῆς ἡμετέρας καρδίας τὰ νοήματα, τούτου χάριν τὴν βοήθειαν ἐξαιτῶ.

12. *Deus judex justus, fortis et patiens.* His verbis aperte declarat Dei longanimitatem, qui supplicium differt, etsi non omnino parcat.

Ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος. Σαφῶς διὰ τῶν τοιούτων παρίστησι τὸ μακρόθυμον τοῦ Θεοῦ, ἀναβολὴν μὲν ἔχοντος τῆς ἡμετέρας κολάσεως, οὐ μὴν παντελῆ συγγνώμην.

14. *Sagittas suas ardentibus effecit.* Sagittas dicit supplicium: *ardentibus*, iis scilicet qui pœnam ignis meruerunt.

Τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξεργάσατο. Βέλη μὲν τὴν τιμωρίαν φησὶν, *καιομένοις* δὲ τοῖς ἀξίοις πυρός.

15. *Ecce parturiit injustitiam.* Inimicus videlicet vitæ nostræ. *Concepit dolorem et peperit iniquitatem.* Hoc est, et deliberavit, et quod decreverat in actum deduxit.

Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν. Ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας ζωῆς. *Συνέλαβε πόνον καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν.* Τουτέστι καὶ βεβούλευται καὶ εἰς ἔργον ἐξήγαγε τὰ σκέμματα.

16. *Lacum aperuit et effodit eum*, etc. Cum in Salvatorem Christum mortem parasset, morti ipse D traditus est.

Λάκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτόν. Θάνατον γὰρ κατασκευάσας κατὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, θανάτῳ παραδίδοται.

In finem, pro torcularibus, PSALMUS David. VIII.

Argumentum.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ ληνῶν, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. Η'.

Ὑπόθεσις.

Olim in legali cultu, in templo erat προλήνιον q. d. protorcular, id est altare: sed post gentium vocationem, multa sunt torcularia, ipsæ scilicet Ecclesiæ, fructus eorum qui pie vivunt percipientes.

Πάλαι μὲν ἐν τῇ νομικῇ λατρείᾳ ἦν ἓν προλήνιον, τὸ θυσιαστήριον δηλονότι τὸ ἐν τῷ ναῷ· μετὰ δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν πολλοὶ ληνοί· αὐταὶ δὲ ἂν εἶεν αἱ Ἐκκλησίαι, αἱ τοὺς τῶν κατορθούντων ἐν θεοσεβείᾳ δεχόμεναι καρπούς.

[*In finem* dictum est, quia in fine sæculorum terminum habent ea quæ prophetico spiritu prædicta sunt. De Christo namque et de Ecclesiis quæ secundum incarnationem exstiterunt, sermonem

[*Εἰς τὸ τέλος* εἴρηται, διὰ τὸ ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων πέρας σχεῖν τὰ προφητευόμενα. Περὶ Χριστοῦ γὰρ καὶ τῶν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν λέγει Ἐκκλησιῶν. Ἐπεί γε καὶ ὁ Μονογενὴς ἄμπελος κέκληται, οἱ

Digitized by Google

δὲ πιστοὶ κλήματα. Εἰ δὲ βιάζεται ὁ Ἰουδαῖος, εἰς τὸν κοινὸν τὸν ψαλμὸν λέγεσθαι ἄνθρωπον· καὶ οὕτως γνωστὸν ἔστω, ὡς διὰ τοῦτο πάντα αὐτῷ ὑπετάγη, ὡς ἐν εἰκόνι Θεοῦ γεγονότι τοῦ μέλλοντος ἐνανθρωπῆσαι.]

habet. Quandoquidem Unigenitus vitis, fideles vero palmites vocantur [71]. Quod si contendat Judæus, psalmum in communi de homine dici; etiam hoc pacto notum sit, quod ideo omnia ipsi subjecta sunt, quia ad imaginem Dei, qui carnem assumpturus erat, factus est.]

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Ἐκπλήττεται τὴν εἰς ἀνθρώπους δοθεῖσαν γνῶσιν τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἔτι γὰρ μόνοις τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γνωστὸς ὁ Θεός.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Obstupescit ob datam nominis Dei hominibus notitiam. Non ultra enim solis iis qui in Judæa sunt notus est Deus.

Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Τῶν κατὰ Θεὸν νηπιαζόντων τῇ κακίᾳ. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις σαφῶς ἀναγέγραπται εἰρηκὼς ὁ Σωτὴρ, ὅτε τοὺς παῖδας οἱ Φαρισαῖοι ἐπεστόμιζον εὐλογοῦντας αὐτόν. *Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν.* Ἢ τὸν αἰσθητὸν, ἢ τὸν νοητὸν, ἢ τὸν λαὸν τὸν Ἰουδαϊκόν· ἤλαυνον γὰρ ὡς ἐχθρὸν τὸν Χριστόν· προσεποιοῦντο δὲ τὸν Πατέρα ἐκδικοῦντες τοῦτο ποιεῖν. Διὰ τοῦτο, ἄνω καὶ κάτω ταύτης αὐτοὺς ἀποστερῶν τῆς ἀπολογίας, ἔλεγεν· *Ὁ ἐμὲ μισῶν καὶ τὸν Πατέρα μου μισεῖ. Ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν*, τὸν διάβολον δηλονότι. Ἐπειδὴ, μετὰ τὸ ἀναγκάσαι πλημμελῆσαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τιμωρεῖται τοὺς ἁμαρτάνοντας, τὸ μέγεθος αὐτοῖς τοῦ ἁμαρτήματος ἐν ὀφθαλμοῖς παριστῶν. Ἢ τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, ἐχθρὸν μὲν τῆς ἀληθείας, ἐκδικητὴν δὲ τῷ δοκεῖν ἐκδικεῖν τὸν νόμον.

Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Of those who are infants in malitiam. Hoc autem in Evangeliis etiam scriptum est perspicue dixisse Salvatorem [72], cum pueris ipsum laudantibus os Pharisæi obturabant. *Propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem.* Aut sensibilem, aut intelligibilem inimicum ait, aut populum Judaicum. Christum enim ceu inimicum pellebant, et simulabant se Patris ulciscendi animo id agere; quamobrem ut eam illis defensionem penitus adimeret ait [73]: *Qui odit me, odit et Patrem meum. Inimicum et ultorem*, diabolum dicit. Qui postquam compulit ad peccatum, pœnas peccatoribus infligit, peccati gravitate ob oculos ipsis posita. Aut populum Judæorum, veritatis quidem inimicum; ultorem vero, quia videbatur legem vindicare.

Ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανούς ἔργα τῶν δακτύλων σου. Ἐκεῖνοι μὲν ἀγανακτοῦσι τῶν νηπίων καταρτιζόντων αἶνον· ἐγὼ δὲ τὸ οὕτω μέγα καὶ περικαλλὲς, τοὺς οὐρανοὺς φημι, μικρόν τι ἔργον τῆς σῆς δημιουργίας, θεωρῶ.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum. Indignantur illi infantibus laudem perficientibus. Illud autem tantum tamque pulchrum opificium, cœlos nempe, ego qui sum creationis tuæ pusillum opus, contemplor.

Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Ταῦτα τοῦ Παύλου σαφῶς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα ἡμῶν ἐξειληφότος, ἀρκεῖσθαι τῇ ἐκδόσει χρή.

Quid est homo, quod memor es ejus; aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis. Isthæc Paulo ad Salvatorem nostrum referente [74], id ad expositionem satis esto.

Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Εἰπὼν ὁ Θεός· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν*, ἐπήγαγε· *Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης*, καὶ τοῖς λοιποῖς κατὰ μέρος ἐπεξέρχεται, οἷς ἐπιλέγει· *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς*· τῇ γὰρ λογικῇ φύσει, ὡς ἂν ὡμοιωμένῃ Θεῷ, τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἐδωρήσατο. Καὶ δύναμιν ὁ ἄνθρωπος λαβὼν τῆς θείας εἰκόνος, ὡς βασιλεὺς ἁπάντων ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὕτως ἄρχων κατέστη τῶν ἐπὶ γῆς. Εἰ δὲ καθολικῶς εἴρηται· *Καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου*, λέγει δὲ ἀλλαχοῦ, *Καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί*· δῆλον ὡς ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς κατέστησεν αὐτὸν, καὶ μήποτε ἀπορρήτως τὴν ἐν οὐρανοῖς σημαίνει διατριβὴν τῶν ἀπολογῆς ἐκεῖσε μεθισταμένων, ὅτε μέλλουσι βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομεῖν, ὡς ἐπήγγελται. Λέγει δὲ καὶ Παῦλος· *Κληρονόμοι μὲν*

Omnia subjecisti sub pedibus ejus (17). Postquam dixit Deus [75]: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, adjecit: *Et dominentur piscibus maris*, et reliquis, quæ accurate recenset. Quibus etiam dicit [76]: *Crescite et multiplicamini et replete terram, et dominamini illi.* Rationabili quippe naturæ, utpote ad similitudinem Dei conditæ, omnium rerum imperium tradidit. Acceptaque homo divinæ imaginis virtute, ut rex omnium est Deus, ita homo terrenorum omnium constitutus est princeps. Quod si in universum dicatur: *Et constituisti eum super opera manuum tuarum*; itemque alio loco dicat [77]: *Et opera manuum tuarum sunt cœli*, palam est quod super cœlos constituerit eum, nec latenter innuit in cœlis commorationem fore eorum qui a terra illuc transferuntur, quando regni cœlorum hæreditatem accepturi sunt, uti promissum fuit. Dicit vero Paulus [78]:

[71] Joan. xv, 5. [72] Matth. xxi, 16. [73] Joan. xv, 23. [74] Hebr. ii, 6, 7. [75] Gen. i, 26. [76] ibid. 28. [77] Psal. ci, 26. [78] Rom. viii, 17.

(17) Hæc expositio apud Dan. Barbarum, Eusebii dicitur.

Digitized by Google

[Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν. Ὅτε εἰδωλολάτρουν. Εἰ καὶ πληθύνονται, οὐ παραμένουσι· μέχρι γὰρ αἰσθήσεως καὶ μόνον εἶχον παραμενούσας, διὰ τὸ ἰσχύειν τῷ ἐνδυναμοῦντι Χριστῷ. Ἢ τοὺς ἀποστόλους ἔοικε λέγειν, καὶ τοὺς δι' ἐκείνων πεπιστευκότας, ἐν οἷς καὶ διαφανῆ γέγονε τὰ θεῖα θαυμάσια, ὡς πάντα τετηρηκόσι τὰ θεῖα προστάγματα. Ἐπληθύνθησαν δὲ αὐτῶν αἱ ἀσθένειαι, ἢ ὡς ἑτέρως, *τὰ διαπονήματα*, πολλῶν ἐπαναστάντων δήμων, δημηγόρων, στρατηγῶν, βασιλέων, ὧν πάντων περιγενόμενοι, τὸν δρόμον ἐτέλεσαν· ἢ τὸ βραχὺ καὶ πρόσκαιρον τῶν θλίψεων, τὸν ἄπειρον αἰῶνα δείκνυσιν. *Οὐ μὴ συναγωγάς.* Ἐτάχυνον εἰς τὸ ὑπακοῦσαι τῷ κηρύγματι· καθαροὺς εἶναι δεῖ ἀπὸ φόνων καὶ αἱμάτων τοὺς μέλλοντας συνάγεσθαι ὑπὸ Χριστοῦ. Συνάγων, φησὶ, συναγωγὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν, οὐ δι' αἱμάτων αὐτὰς συνάξω, οὐδὲ παρασκευάσω διὰ τῆς νομικῆς μοι προσέρχεσθαι λατρείας, αἰνέσεως δὲ μᾶλλον καὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.]

5. *Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei*, etc. Ac si apertius diceret, Pater meus in sortem mihi et portionem gentes donavit, cui obediens fui usque ad mortem. Calix namque mortem significat, juxta illud : *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* [97].

Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου. κ. τ. λ. Ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγεν· Ὁ Πατήρ μου εἰς κλῆρόν μοι καὶ μερίδα τὰ ἔθνη δεδώρηται, ᾧ καὶ γέγονα ὑπήκοος μέχρι θανάτου. Τὸ γὰρ ποτήριον τὸν θάνατον σημαίνει, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.*

[*Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei.* Hæreditatem vocat gentium regnum. Ecclesiæ, inquit, meæ, quæ est hæreditas mea, portio est Dominus Pater, ipseque calicis mei pars est, id est mortis. Ecclesia vero Patrem hæreditate accepit, cum præcepta ejus servavit. Ipsaque mors mea Patrem habuit in hæreditatem, quemadmodum dicitur : *Hæres Dei, cohæres Christi* [98].]

[*Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου.* Κληρονομίαν καλεῖ τὴν τῶν ἐθνῶν βασιλείαν. Καὶ τῆς ἐμῆς Ἐκκλησίας, ἥτις ἐστὶν ἡ κληρονομία μου, μερίς ἐστιν ὁ Κύριος ὁ Πατήρ, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τοῦ ποτηρίου μου μερίς ἐστι, τουτέστι τοῦ θανάτου. Καὶ ἡ Ἐκκλησία ἐκληρονόμησε τὸν Πατέρα, κατορθώσασα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς ὁ Θάνατος ὁ ἐμὸς ἐκληρονόμησε τὸν Πατέρα κατὰ τὸν λέγοντα· *Κληρονόμε Θεοῦ, συγκληρονόμε Χριστοῦ.*]

6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris meis : etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Vincula charitatis ait quæ habuit erga Ecclesiam, quæ præclara est, nimirum ipsi placita.

Σχοινία ἔπεσάν μοι ἐν τοῖς κρατίστοις μου· καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μου κρατίστη μοί ἐστι. Τοὺς δεσμοὺς τῆς ἀγάπης φησὶν, οὓς ἔσχεν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις καὶ κρατίστη ἐστὶ, τουτέστιν ἀρέσκουσα αὐτῷ.

7. *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.* Hujus dicti interpretatio jacet in Actibus apostolorum (3). *Insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.* Mos Scripturæ divinæ renes vocare occultas et alte positas cogitationes : noctem vero, quod absconsum est.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον τὸν συνετίσαντά με. Τούτου ἡ ἑρμηνεία κεῖται ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων. *Ἔτι δὲ καὶ ἕως νυκτὸς ἐπαίδευσάν με οἱ νεφροί μου.* Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ νεφροὺς ὀνομάζειν τοὺς κεκρυμμένους καὶ ἐν βάθει λογισμούς· νύκτα δὲ τὸ ἀφανές.

8. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* In quantum Deus esse intelligitur, ipse est qui firmat et sustinet omnia; in quantum vero homo factus est, probe ipsi convenit dicere se a dextris Dominum habere, ne commoveatur. Nam ubique huma-

Προεωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶ, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Καθὸ μὲν νοεῖται Θεὸς, αὐτός ἐστιν ὁ πάντα στηρίζων καὶ ἀνέχων· καθὸ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, πρέποι ἂν αὐτὸν καὶ τὸ λέγειν ἐκ δεξιῶν ἐσχηκέναι τὸν Κύριον, ἵνα μὴ σαλευθῇ. Συμπλάττεται γὰρ πανταχοῦ

[97] Matth. XXVI, 39. [98] Rom. VIII, 17.

(2) Locus vitiatus.

(3) Non hujus dicti, sed eorum quæ vers. 8 leguntur, *Providebam Dominum*, etc., meminit Petrus in Actibus apostolorum, cap. II, vers. 25. EDIT.

Digitized by Google

τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, καὶ τὸ τῇ κενώσει πρέπον οὐκ αἰσχύνεται διὰ τὴν οἰκονομίαν. Ὅρα γοῦν ὅπως γέγονεν ἡ φύσις ἡμῶν εὐδόκιμος ἐν Χριστῷ. Καὶ προσηνέχθημεν εἰς πρόσωπον τοῦ Πατρὸς οἱ ἐκβεβλημένοι διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ ἐσχήκαμεν αὐτὸν ἐπαμύνοντα καὶ στηρίζοντα.

A næ naturæ mensuris et terminis conformatur, et propter œconomiam sive incarnationem, non erubescit ea quæ ad evacuationem et humilitatem pertinent. Vide ergo quam præclara in Christo natura nostra evaserit. In conspectum certe Patris adducti oblatique fuimus qui per Adæ transgressionem ejecti sumus, et habuimus eum vindicem et patronum.

[*Ἐκ δεξιῶν μού ἐστι.* Προφανῆ ἔλεγχον ἔχει τῆς Ἰουδαίων ἐμβροντησίας. Καὶ Πέτρος γὰρ ὁ κορυφαῖος ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰς Χριστὸν ταῦτα προσήρμοσεν. Καθὸ μὲν γὰρ Θεὸς, αὐτός ἐστιν ὁ πάντα στηρίζων καὶ ἀνέχων· καθὸ δὲ ἄνθρωπος, πρέποι ἂν αὐτῷ καὶ τὸ ἐκ δεξιῶν ἔχειν τὸν Κύριον, ἵνα μὴ σαλευθῇ.

[*A dextris est mihi.* Manifeste coarguit Judæorum stupiditatem. Etenim Petrus apostolorum coryphæus in Actibus, hæc Christo attribuit. Nam quatenus Deus ipse est qui omnia firmat et continet; quatenus autem homo, ipsi convenit a dextris Dominum astantem habere, ne commoveatur.

Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου. Αὐτὸς ὢν ζωὴ καὶ ζωοποιὸς, ἐζωοποιῆσθαι λέγεται παρὰ τοῦ Πατρὸς διὰ τὴν οἰκονομίαν. *Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς,* ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ἔχων πρόσωπον, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, τοὺς ἡμῖν μᾶλλον καὶ οὐχ ἑαυτῷ πρέποντας, καθὸ νοεῖται Θεὸς, ἀναπέμπει λόγους.]

B *Non derelinques animam meam.* Licet ipse vita sit et vitam præbeat, per œconomiam dicitur a Patre vivificari. *Notas mihi fecisti vias vitæ*, qui humanitatis personam habet, utpote ad similitudinem nostri factus, sermones effert nobis magis quam sibi, quatenus Deo, competentes.]

Τερπνότης ἐν τῇ δεξιᾷ σου εἰς τέλος. Τοῦτο σημαίνει, ἐν τέρψεσι καὶ εὐφροσύναις ἔσονται οἱ ἅγιοι μετὰ τὸ ἀναβιῶναι κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρόν. Ταύτην δὲ τὴν τέρψιν καὶ τὴν εὐφροσύνην, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀφθαρσία, λήψεσθαι λέγουσι παρὰ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἐν ἡμῖν καὶ δεξιὰ τοῦ Πατρός. Καὶ ὡς ἀληθὴς ὁ λόγος, δῆλον ἐκ τοῦ φήσαντος λογίου· *Ὃς μετασχηματίσει τὸ σχῆμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ.*

10. *Delectatio in dextera tua usque in finem.* Hoc significat, in voluptatibus et gaudiis sancti degent postquam tempore resurrectionis revixerint. Istam autem voluptatem ac lætitiam, quæ est incorruptio, nos recepturos aiunt a Christo, qui est in nobis, et dextera est Patris. Quod autem verum id sit, palam est ex hujusmodi dicto: *Qui transformabit formam humilitatis nostræ configuratam corpori claritatis ejus* [99].

C

Προσευχὴ τῷ Δαυὶδ. ΙϚ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδεται ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου τοῦ κατὰ Θεὸν τελείου.

Oratio David. XVI.

Argumentum.

1. Canitur hic psalmus ex persona hominis secundum Deum perfecti.

Εἰσάκουσον, Κύριε, δικαιοσύνην μου. Πολλῆς πεποιθήσεως ὁ λόγος μεστός· τὸ γὰρ τῆς δικαιοσύνης ἐνταῦθα οὐχ ὡς καυχώμενος, οὐδ' ὡς δίκαιον ἑαυτὸν ἀποφαίνων· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, Δικαίως αἰτοῦντος τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν, καὶ ἀξιοῦντος ἀπαλλαγῆναι ὧν ἀδίκως ὑπομένει, μάτην ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, καὶ ἐξάκουσον καὶ παράσχου τὴν αἴτησιν.

Exaudi, Domine, justitiam meam. Magna plenus fiducia sermo: nam quod hic justitiam suam memorat, non jactabundus, nec quo se justum esse prædicet, ita loquitur; sed quasi dicat: Juste implorantem auxilium tuum, ac rogantem erui ab injuriis persequente Saule illatis, exaudi et postulata concede.

Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις. Προσευχῆς γὰρ οὐ διὰ χειλέων δολίων, διὰ δὲ γλώττης κεκαθαρμένης, καὶ τὰ θεῖα λόγια μελετᾷν εἰθισμένης ἐνωτίζεται ὁ Θεός.

D *Auribus percipe orationem meam non in labiis dolosis.* Nam orationem non labiis dolosis oblatam, sed lingua pura, et meditandis eloquiis divinis assueta, auribus percipit Deus.

Ἐκ προσώπου σου τὸ κρῖμά μου ἐξέλθοι. Σαφῶς εὔχεται τὸν Μονογενῆ κριτὴν ἑαυτῷ καταστῆναι. *Οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν εὐθύτητας.* Τὸ δίκαιον κρῖμα ἐξαιτεῖ τοῦ Υἱοῦ, ὃ ἔκρινεν ἡμῖν.

2. *De vultu tuo judicium meum prodeat.* Perspicue precatur Unigenitum sibi judicem constitui. *Oculi tui videant æquitates.* Justum Filii judicium postulat, quo judicavit de nobis.

Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπεσκέψω νυκτὸς, ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. Ἀδικίαν εἴωθεν ἡ θεία Γραφὴ καλεῖν τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίαν· *Ἀδικίαν γάρ,* φησὶν, *εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν.*

3. *Probasti cor meum et visitasti nocte, igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.* Iniquitatem solet divina Scriptura vocare blasphemia in Deum dicta: *Iniquitatem enim,* inquit, *in excelso locuti sunt* [1].

Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα

4. *Ut non loquatur os meum opera hominum.* Do-

[99] Phil. III, 21. [1] Psal. LXXII, 8.

Digitized by Google

cet id quoque cavendum esse, ut nihil mortale, nihil humanum loquamur. *Propter verba labiorum eorum ego custodivi vias duras.* Ob jussa, inquit, tua, angustam et arctam portam ingressus sum.

A τῶν ἀνθρώπων. Διδάσκει, ὡς καὶ τοῦτο παραφυλάττεσθαι πρὸς τὸ μηδὲν θνητὸν μηδὲ ἀνθρώπινον φθέγγεσθαι. *Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς.* Διὰ τὰ σὰ προστάγματα, φησὶ, τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην εἰσήλασα πύλην.

5. *Perfice gressus meos in semitis tuis*, etc. Docetur his verbis ne sibi quisquam fidat; sed Deo innitatur.

[Semitæ autem Domini sunt observationes mandatorum.]

Κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου ἐν τοῖς τρίβοις σου. Διδάσκει ὁ λόγος μὴ πεποιθέναι ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐπὶ δὲ τῷ Θεῷ ἐπιστηρίζεσθαι.

[Τρίβοι δὲ Κυρίου τῶν ἐντολῶν αἱ τηρήσεις.]

6. *Ego clamavi quoniam exaudisti me, Deus.* Illud, *exaudisti*, pro, exaudies. Non temere his verbis sum usus, sed tuam expertus clementiam. Me quippe rogantem sæpe exaudisti. *Inclina aurem tuam mihi.* Deus totus auris est, utpote qui omnia audiat.

Ἐγὼ ἐκέκραξα, ὅτι εἰσήκουσάς μου, ὁ Θεός. Τὸ *εἰσήκουσας*, ἀντὶ τοῦ, εἰσακούσῃ. Οὐ μάτην τοῖσδε τοῖς λόγοις ἐχρησάμην, ἀλλὰ πεῖραν τῆς σῆς ἔχων φιλανθρωπίας· ἤκουσας γάρ μου παρακαλοῦντος πολλάκις. *Κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοί.* Ὅλος ὁ Θεὸς οὖς ἐστιν, ὡς τὰ πάντα ἀκούων.

B

Ego clamavi, etc. Non frustra clamo, sed quia plerumque exaudisti me, peto etiam nunc ut exaudias me. Clamor autem ille, est intenta ergo Deum cogitatio.]

[Ἐγὼ ἐκέκραξα, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐ μάτην κράζω, ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις ἤκουσα, αἰτῶ καὶ νῦν ἀκουσθῆναι. Κραυγὴ δέ ἐστι πρὸς Θεὸν καὶ ἡ ἐπιτεταμένη νόησις.]

[*Adipem suum concluserunt.* Adipe significat inimicorum maximam prosperitatem.]

[*Τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν.* Στέαρ τὴν σφοδροτάτην εὐημερίαν τῶν ἐχθρῶν σημαίνει.]

11. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Unus, inquit, scopus fuit illis ut ad terram demittant, et quæ carnem spectant sentire suadeant.

Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ. Εἷς σκοπὸς, φησὶ, γέγονεν αὐτοῖς, οἱονεὶ κατανέγκαι εἰς γῆν, καὶ τὰ σαρκὸς πεῖσαι φρονεῖν.

14. *Frameam tuam ab inimicis manuum tuarum.* Quælibet justi anima et potissimum eorum qui peccatores ab impietate ad pietatem revocant, ceu framea est contra malignos spiritus exacuta. Hanc igitur frameam, Domine, quam ipse contra inimicos tuos exacuisti, eripe ab inimicis manus tuæ. Quinam autem sunt inimici manus Dei, nisi qui fidei in Unigenitum, qui manus illius est, adversantur?

C

Ῥομφαίαν σου ἀπὸ ἐχθρῶν τῶν χειρῶν σου. Ἑκάστη τῶν δικαίων ψυχὴ καὶ μάλιστα τῶν ἐλκόντων τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξ ἀσεβείας εἰς θεοσέβειαν, οἱονεί πως ῥομφαία ἐστὶν ἠκονημένη κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. Ταύτην οὖν τὴν ῥομφαίαν, ὦ Δέσποτα, φησὶν, ἣν αὐτὸς κατὰ τῶν σῶν ἐχθρῶν ἠκόνησας, ῥῦσαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν τῆς σῆς χειρός. Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ ἐχθροὶ ἢ οἱ ἀνθιστάμενοι τῇ εἰς τὸν Μονογενῆ αὐτοῦ πίστει, ὅστις ἐστὶ καὶ χεὶρ αὐτοῦ;

Domine, a paucis de terra divide eos. Precatur ut a paucis impii separentur, quod est ac si dividerentur. Quinam autem sunt pauci illi, nisi de quibus dictum est: *Multi quidem sunt vocati pauci vero electi*[2]?

Κύριε, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτούς. Χωρισθῆναι τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ὀλίγων εὔχεται, οἱονεί πως διαμερισθῆναι. Τίνες δὲ οἱ ὀλίγοι ἢ περὶ ὧν λέλεκται· *Πολλοὶ μὲν κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί*

Daniel Barbarus: Præparata est, inquit, illis occulta pœna quæ usque ad viscera penetrabit, juxta illud quod de Juda dictum est: *Et intravit maledictio quasi aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus*[3].

Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Omnibus, inquit, pretiosis potiti sunt; ideoque ita recalcitrarunt, ut prævaricarentur. *Alio modo. De absconditis tuis*, ac si diceret, quas tu pœnas occulte nosti, ego ignoro, iis imple ventres eorum, quod periphrasi dictum, pro, eos ipsos. *Saturati sunt filiis, et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.* Omni repleti sunt iniquitate, et eam filiis transmiserunt.

D *Καὶ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν.* Πάντων, φησὶ, τῶν τιμίων ἀπέλαυσαν· διὸ καὶ ἀπελάκτισαν οὕτως, ὡς καὶ παρανομεῖν. *Τῶν δὲ κεκρυμμένων σου* ἀντὶ τοῦ, ὧν ἐν ἀποκρύφῳ τιμωριῶν ἔχεις τὴν γνῶσιν, ἐγὼ ἀγνοῶ, τούτων ἔμπλησον τὰς γαστέρας αὐτῶν, περιφραστικῶς ἀντὶ, αὐτούς. *Ἐχορτάσθησαν υἱῶν, καὶ ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.* Πάσης, φησὶ, παρανομίας ἐπλήσθησαν, καὶ εἰς παῖδας δὲ ταύτην παρέπεμψαν.

[Atque ipsam reliquere parvulis filiorum suorum, scilicet usque ad abnepotes.]

[Καὶ ταύτην κατέλειψαν τοῖς νηπίοις τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἤγουν μέχρι ἐκγόνων.]

15. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo.*

Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώ-

[2] Matth. xx, 16. [3] Psal. cviii, 18.

Digitized by Google

πφ σου. Οὐχ ὁμοιωθήσομαι ἐκείνοις, οὐδὲ τῶν αὐτῶν, φησὶ, χορτασθήσομαι· ἀλλὰ τῆς σῆς δόξης ἐμπλησθήσομαι διὰ δικαίων ἔργων.

A Non ero similis illis, neque iisdem queis illi satiabor : sed tua gloria per bona opera replebor.

Εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ Κυρίου τῷ Δαυὶδ, ἃ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐῤῥύσατο αὐτὸν Κύριος ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, καὶ εἶπεν. ΙΖ'.

1. *In finem puero Domini David, quæ locutus est Domino verba cantici hujus, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul, et dixit. PSALMUS XVII.*

Ὑπόθεσις.

Περιέχει ὁ ψαλμὸς ἐπανάστασιν ἐχθρῶν καὶ ἐπίκλησιν εἰς συμμαχίαν Θεοῦ, καὶ κάθοδον τοῦ Μονογενοῦς καὶ ἀνάληψιν, καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων πραχθέντα, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκβολὴν, καὶ τῶν ἐθνῶν κλῆσιν. Τὸ δὲ, *ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ*, ἀναφέροιτ' ἂν εἰς τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα.

B

Argumentum.

Continet psalmus irruptionem inimicorum, et implorationem auxilii Dei ; descensum Unigeniti, et assumptionem ejus, et post assumptionem, quæ contra dæmones acta sunt, ejectionem Israelis et gentium vocationem. Illud autem, *de manu inimicorum ejus et de manu Saulis*, ad spirituales hostes et horum principem referri potest.

Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἰσχύς μου· Κύριος στερέωμά μου καὶ καταφυγή μου. Τῶν εὐεργεσιῶν αἰσθόμενος τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἐστὶ μέγιστον δῶρον, ἀνατίθησιν αὐτῷ, τὴν ἀγάπην φημί· ἣν καὶ πρώτην ὁ Σωτὴρ ἐν ἐντολαῖς ἔταξεν.

2. *Diligam te, Domine, fortitudo mea, Dominus firmamentum meum et refugium meum.* Cum Dei senserit beneficia, quod omnium donorum est maximum offert ipsi, nempe charitatem, cui primas in præceptis Salvator detulit.

Αἰνῶν ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. Ἐνταῦθα διδασκόμεθα χάριν μὲν ὁμολογεῖν ὑπὲρ τῶν ὑπηργμένων ἀγαθῶν· αἰτεῖν δὲ πάλιν τὰ ἐνδέοντα. Εἶτα διηγεῖται τὰς παντοδαπὰς τῶν πολεμίων ἐπαναστάσεις.

3. *Laudans invocavi Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.* Hic docemur gratiam referre de bonis quibus aucti sumus : et rursum postulare quæ desunt. Deinceps autem diversas enarrat inimicorum irruptiones.

Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Οὐδενὸς, φησὶν, ἐνταῦθα πολέμου θνητοῦ μέμνηται, ἀλλὰ δυνάμεων ἀφανῶν, ἔνδον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ κυκλουσῶν. *Καὶ χείμαῤῥοι ἀνομίας ἐξετάραξάν με. Ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με· προέφθασάν με παγίδες θανάτου.* Χείμαῤῥοι ἀνομίας εἰσὶν οἱ παράνομοι λογισμοί· οὗτοι δὲ αὐτοὶ καὶ ὠδῖνες καλοῦνται χρονίζοντες ἐν ἡμῖν, καὶ πάλιν παγίδες, θανατοῦντες ἡμᾶς διὰ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας.

5. *Circumdederunt me dolores mortis.* Non mortale hic bellum memorat, sed invisibiles potestates, intus animam ipsius circumdantes. *Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis.* Torrentes iniquitatis sunt pravæ cogitationes : eæ enim ipsæ dolores vocantur cum diu in nobis perseverant, et iterum laquei, quia nos per actuale peccatum enecant.

C

Καὶ ἐσαλεύθη καὶ ἔτρομος ἐγενήθη ἡ γῆ. Τὰ παραχθέντα τότε ἐπὶ τῇ καθόδῳ τοῦ Κυρίου εἰσηγεῖται· πάντες γὰρ οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες ἐκινήθησαν· πᾶσά τε χώρα ἐπληροῦτο τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης. *Καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν.* Ὄρη δυνάμεις εἰσὶ πονηραὶ αἱ ἐπαιρόμεναι κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Θεμέλια δὲ αὐτῶν τοὺς ἐν βάθει λογισμούς φησιν. *Καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεός.* Διότι ἐν μακρῷ αἰῶνι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἠπάτησαν διὰ τῆς πολυθέου δεισιδαιμονίας.

8. *Commota est et contremuit terra.* Quæ in descensu Domini evenere narrat. Omnes enim incolæ terræ commoti sunt, regio omnis ejus fama repleta est. *Fundamenta montium conturbata sunt.* Montes sunt malignæ potestates, quæ insurrexerunt adversus Dei gloriam. Fundamenta autem eorum ait profundas cogitationes. *Et commota sunt quoniam iratus est eis Deus.* Quia diuturno temporis spatio terræ incolas deceperunt per superstitiosum multorum numinum cultum.

D

Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Ὀργισθεὶς, φησὶ, κατέσβεσεν αὐτῶν τὸ πῦρ δι' οὗ πάλαι τοὺς ἀνθρώπους κατέψλεγον. Καὶ τούτου σύμβολον τὸν καπνὸν τίθησι. *Καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται.* Ταῦτα γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἐνεργεῖ ἀφανῶς κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὸ πῦρ αὐτῶν σβεννὺς ἑτέρῳ πυρὶ κρείττονι καὶ δυνατωτέρῳ. [Ὁρῶντες γὰρ οἱ δαίμονες τὸν Κύριον, ἐν τῇ *παρουσίᾳ* αὐτοῦ ἐκαίοντο ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.] *Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ.* Οἱ κατὰ μετουσίαν τοῦ θείου πυρὸς φωτισθέντες.

9. *Ascendit fumus in ira ejus.* Iratus, inquit, eorum ignem quo olim homines concremabant, restinxit. Ignisque signum fumum ponit. *Et ignis a facie ejus exardescet.* Hæc enim Dei Filius contra adversarias potestates occulte operatur ignem eorum exstinguens igne alio potiore et ardentiore. [Videntes enim dæmones Dominum, in adventu ejus comburebantur a facie ipsius.] *Carbones succensi sunt ab eo.* Ii scilicet qui per participationem divino igne sunt illuminati.

Digitized by Google

10. *Inclinavit cœlos, et descendit.* Apertissime prophetat descensum Domini, et hoc significare videtur : *Humiliavit semetipsum usque ad mortem* [4]. *Et caligo sub pedibus ejus.* Occultum in œconomia seu incarnatione adventum significat, atque Dei invisibilitatem ; ne illius verbis ad rerum corporalium cogitationem pertrahamur.

11. *Ascendit super cherubim et volavit, volavit super pennas ventorum.* Assumptionem illius hisce indicat, cherubim et pennas ventorum nubem vocat [quæ ipsum suscepit : aut adventus Christi velocitas, aut præsentiæ et auxilii illius celeritas significatur]. De qua in Actibus scriptum : *Et cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum* [5].

12. *Et posuit tenebras latibulum suum.* Occultam scilicet et latentem Salvatoris cum hominibus commorationem. *In circuitu ejus tabernaculum ejus.* Tabernaculum sanctam Ecclesiam significat, in qua pollicitus est se habitaturum. *In circuitu ejus*, ait, juxta illud : *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum* [6]. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Hoc ait quia quæ de illo prænuntiarunt prophetæ obscure jacent. Qui prophetæ nubes sunt appellati.

13. *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt.* Lumen, inquit, adventus illius, manifestas reddidit prophetias. [Quia autem comminationes in propheticis verbis habentur, eas grandine et carbonibus adumbravit. Vel, hoc modo : a prædicationis splendore in conspectu ejus transeuntes apostoli, nubium instar mundum irrigarunt. Grandines autem supplicii genus sunt, ad ulciscendum infideles.] *Grando et carbones ignis.* Ilis ea significat quæ post assumptionem ejus inimicis acciderunt, spiritualibus dico. Quemadmodum autem cum Israelem ex Ægyptiis liberaret, grandinem et ignem ceu pluviam demisit ; ita et cum omnes gentes ex dæmonum servitute liberaret, grandinem pluere fecit et carbones ignis. Isthæc autem fuerint ultrices virtutes : quibus intelligibiles illas Ægyptias potestates sustulit.

16. *Et apparuerunt fontes aquarum*, etc. Postquam sublati inimici fuerunt, apparuerunt fontes aquarum, salutare videlicet Evangelii verbum, quod vere fuit orbis fundamentum : super eo namque fundati et constructi sumus. Vel hoc modo : fontes intellige sanctos prophetas, utpote qui salutarem sermonem scaturiant. Ita namque de illis scriptum est : *Et haurietis aquas cum gaudio de fontibus Salvatoris* [7]. Fundamenta item orbis terræ, Moysis sapientissimi Scripturam accipias : in ea quippe prima basim fidei et divinæ cognitionis invenimus repositam, mysterium Christi in figura gestantem, et pariter in prophetis. *Apparuerunt* igitur, quasi dicas, ostensi sunt. Aut fontes intelligas et funda-

A *Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη.* Λευκότατα προφητεύει τὴν κατάβασιν τοῦ Κυρίου. Εἴη δ' ἂν σημαντικὸν τοῦ · *Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου. Καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Τὸ κρύφιον τῆς ἐν τῇ οἰκονομίᾳ πορείας δηλοῖ καὶ τὸ ἀόρατον τοῦ Θεοῦ · ἵνα μὴ δι' ὧν εἶπεν εἰς σωματικὰς ἐλκυσθῶμεν ἐννοίας.

Ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. Τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ διὰ τούτων δηλοῖ · χερουβὶμ καὶ πτέρυγας ἀνέμων τὴν νεφέλην φησὶ [ἥτις αὐτὸν ὑπέλαβεν · ἢ τὸ τῆς ἐπιφανείας ὀξὺ, τὸ τῆς παρουσίας καὶ βοηθείας τάχος] περὶ ἧς ἐν ταῖς Πράξεσι γέγραπται · *Καὶ ταῦτα εἰπὼν βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.*

B *Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ.* Τὴν ἀφανῆ καὶ λανθάνουσαν τοῦ Σωτῆρος σὺν ἀνθρώποις διατριβήν. *Κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ.* Σκηνὴν αὐτοῦ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν σημαίνει, ἐν ᾗ κατασκηνῶσαι ἐπήγγελται. *Κύκλῳ* δὲ *αὐτοῦ*, φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον · *Ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων.* Τοῦτό φησι διὰ τὸ ἀμαυρῶς τοὺς περὶ αὐτοῦ λόγους ἐν τοῖς προφήταις κεῖσθαι, οἵτινες καὶ νεφέλαι προσηγορεύθησαν.

C *Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον.* Τὸ φῶς, φησὶ, τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ φανερὰς τὰς προφητείας ἐποίησεν. [Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπειλαὶ τοῖς προφητικοῖς ἔγκεινται λόγοις, καὶ ταύτας διὰ τῆς χαλάζης καὶ ἀνθράκων ᾐνίξατο. Ἢ οὕτως, ἀπὸ τῆς τοῦ κηρύγματος ἐκλάμψεως ἔμπροσθεν αὐτοῦ διελθόντες οἱ ἀπόστολοι νεφελῶν δίκην τὸν κόσμον κατήρδευσαν. Αἱ δὲ χάλαζαι κολάσεων εἶδη τοὺς ἀπιστοῦντας ἀμυνόμεναι.] *Χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός.* Διὰ τούτων σημαίνει τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ συμβεβηκότα τοῖς ἐχθροῖς, τοῖς νοητοῖς φημι. Ὥσπερ δὲ τὸν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγυπτίων ἐλευθερῶν χάλαζαν καὶ πῦρ ἔβρεξεν, οὕτω καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς τῶν δαιμόνων δουλείας ἐλευθερῶν χάλαζαν ἔβρεξε καὶ ἄνθρακας πυρός. Ταῦτα δὲ εἶεν ἂν τιμωρητικαὶ δυνάμεις, δι' ὧν τὰς νοητὰς αἰγυπτίας καθεῖλεν.

D *Καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων.* Μετὰ τὴν καθαίρεσιν τῶν ἐχθρῶν ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων · δηλαδὴ ὁ σωτήριος τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, ὅστις καὶ θεμέλιος τῆς οἰκουμένης γέγονεν · ἐπ' αὐτὸν γὰρ ἐπῳκοδομήθημεν. Ἢ καὶ οὕτως · πηγὰς νοήσεις τοὺς ἁγίους προφήτας, ἅτε δὴ τὸν σωτήριον ἀναβλύζοντας λόγον. Οὕτω γὰρ γέγραπται περὶ αὐτῶν · *Καὶ ἀντλήσετε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ πηγῶν τοῦ σωτηρίου.* Θεμέλια δὲ τῆς οἰκουμένης τὴν Μωϋσέως τοῦ πανσόφου Γραφήν. Κρηπίδα γὰρ πίστεως καὶ θεογνωσίας ἐν αὐτῇ καὶ πρώτῃ τεθειμένην εὑρήκαμεν τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἐν τύποις ὠδίνουσαν ἅμα τοῖς προφήταις. *Ὤφθησαν* τοίνυν ἀντὶ τοῦ, ἐφανερώθησαν. Ἦγουν πηγὰς νοήσεις καὶ

[4] Philipp. II, 8. [5] Act. I, 9. [6] Matth. XVIII, 28. [7] Isa. XII 3.

Digitized by Google

θεμέλια τῆς ὑπ' οὐρανὸν, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους · ἀναπηγάζουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν σωτήριον λόγον καὶ κρηπίδα τῇ ὑπ' οὐρανὸν κατεβάλοντο τὴν πίστιν. Πηγὰς δὲ ὑδάτων καὶ θεμέλια τῆς οἰκουμένης νοήσεις πάλιν τὸ σωτήριον βάπτισμα.

A menta orbis, sanctos apostolos : nam et ipsi salutare verbum scaturiunt, et fundamentum orbis posuerunt, fidem videlicet. Fontes item et fundamenta orbis salutarem baptismum interpretaberis.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, Κύριε. Προσυπακουστέον τὸ, ἀνῃρέθησαν οἱ προλεχθέντες ἐχθροί. *Ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σου.* Οὐ παραυτὰ θεὸς κολάζει τοὺς ἁμαρτάνοντας · ἦ γὰρ ἂν ὄρδην ἀπώλοντο · προαναφωνεῖ δὲ τῆς ὀργῆς τὰς κολάσεις · *Παιδεύσω γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ ὀργῇ τῆς θλίψεως αὐτῶν.* Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐμπνέειν αὐτὸν πνεῦμα τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.

17. *Ab increpatione tua, Domine.* Subintellige, sublati sunt prædicti hostes. *Ab inspiratione spiritus iræ tuæ.* Non autem statim cum peccant homines eos Deus punit; nam si hoc fieret, ipsi plane interirent : nam iræ supplicia longe ante prænuntiat quam infligat. Ait enim : *Corripiam eos in ira tribulationis eorum* [a]. Et in hoc dicitur inspirare spiritum iræ suæ.

Daniel Barbarus : Misit de cœlo et accepit me. Vere humanum genus servavit, de cœlo nobis sancti Spiritus donum demittens. Theodotio : *De cœlo salutem mihi tribuit.*

Προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Ὕδατα τοὺς πειρασμούς φησι.

B *Assumpsit me ae aquis multis.* Aquas dicit tentationes.

[*Ἐξ ὑδάτων πολλῶν.* Ὕδατα τοὺς πειρασμούς φησι. Λέγει ὁ Δαυὶδ · *Ἔλαβέ με*, ἤτοι τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν · ἐβαπτίσθησαν γὰρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς ὡσεὶ ψυχαὶ τρισχίλιαι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων.]

[*De aquis multis.* Aquas vocat tentationes. Ait David : *Accepit me*, hoc est humanam naturam : baptizata namque sunt in die Pentecostes quasi tria millia animarum ab apostolis.]

Ῥύσεταί με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου δυνατῶν, καὶ ἐκ τῶν μισούντων με. Εἰς τὰ πεπραγμένα αὐτῷ καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τῇ μετανοίᾳ μετέβη. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. Ἤδη μὲν, τῆς ἐξομολογήσεώς μου ἐπακούσας ὁ Κύριος, γέγονέ μοι ἀντιστήριγμα, μέλλοντός μου περιτρέπεσθαι καὶ μέγα πτῶμα ὑπομένειν, εἰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰς παντελῆ ἐξέπιπτον ἀποστασίαν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ παντελῶς ῥύσεταί με δοὺς ἄφεσιν τῆς ἁμαρτίας κατὰ τὸν προφητευόμενον καιρὸν τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ τοῦτο ποιήσει εὐεργετῶν με ὁ Κύριος, *Ὅτι ἠθέλησέ με.* Εἰ μὴ γὰρ ἠθέλησέ με, οὐκ ἂν τὸν προφήτην αὐτοῦ πρὸς μὲ ἀπέστειλε.

18. *Eripiet me de inimicis meis fortissimis, et ab iis qui oderunt me*, etc. Transit ad ea enarranda quæ peccati et pœnitentiæ causa egit. Quod autem ait sic intelligito. Jam mea exaudita confessione Dominus factus est mihi in fulcrum, cum proxime esset ut ego subverterer, et in magnum casum ruerem, si post peccatum in ultimam decidissem defectionem. Cæterum prorsus ille eripiet me, et dabit peccati veniam, tempore adventus ejus a prophetis prænuntiato. Idque aget Dominus beneficium mihi tribuens, *Quoniam voluit me.* Nam si me noluisset, nequaquam prophetam suum ad me misisset.

Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος. Πέπεισμαι, φησὶν, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δικαιοκρισίας αὐτοῦ, οὐ μνημονεύσας μου τὰς ἁμαρτίας, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου ἀνταποδώσει. Τὰς γὰρ ἄλλας μου πράξεις τὰς ἐν δικαιοσύνῃ ὥσπερ ζυγῷ ἀντιπαραβάλλων καὶ ἀντιστήσας τῷ ἁμαρτήματί μου, κατὰ πολὺ πλεονάζουσας εὑρήσει τοῦ γενομένου μοι ἁμαρτήματος. Διδάσκει δὲ ὁ λόγος τὸ δύνασθαι τὸν κατά τινα ἀσθένειαν ὀλισθηκότα ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν διὰ δευτέρων κατορθωμάτων.

21. *Et retribuet mihi Dominus*, etc. Persuasum mihi, inquit, est, eum tempore justi judicii peccatorum meorum immemorem, secundum justitiam meam mihi retributurum. Cum enim alia mea opera in justitia edita in lance comparabit et opponet peccato meo, multum ea peccato a me perpetrato præponderare inveniet. Docetur autem eum qui infirmitate quadam lapsus sit, posse per secunda bona opera in pristinum se gradum restituere.

[Δικαιοσύνην τὴν καθόλου ἀρετὴν λέγει · τὴν πρακτικὴν καθαρότητα χειρῶν τὰς πρακτικὰς ἐνεργείας ἀμολύντους γενομένας τὸ ἀπὸ βελτίστης ἕξεως ἀποτελεῖσθαι.]

D [Justitiam omnem virtutem dicit ; puritatem manuum in agendo, inculpatas operationes, quæ ab optimo habitu et affectu procedant.]

Daniel Barbarus : Cæterum qui hæc loquitur nihil sibi tribuit ; quare ad Salvatorem aiunt hæc referri, qui ex ejus persona hunc psalmum dictari dicunt : *Tentatum per omnia secundum similitudinem si is peccato* [b]. Justitiam vero vocat in universum actricem virtutem ; puritatem autem manuum, actrices facultates et actiones sordium immunes, et ab optimo habitu proficiscentes. Cæterum ab omni jactantia alienas benefactorum suorum causas Deo tribuit. Vias autem mandata intelligit. Non impie autem se gerit ab eo, quicunque veritatis dogmata et assertiones probe ac recte explicat.

[a] Ose. VII, 12. [b] Hebr. IV, 15.

Digitized by Google

22. *Daniel Barbarus : Nec impie gessi a Deo meo.* Justis enim qui prompte illi parent mercedem rependit : ille autem non se impie gerit qui vera dogmata suscipit.

[*Quoniam omnia judicia*, etc. Qui lapsi sunt oportet ut repetitis bonis operibus ad meliorem se frugem recipiant. Etsi autem investigari non queant judicia ejus, atque abysso consimilia sint, quia scilicet incomprehensibilia sunt ; verumtamen omnia religioso viro præsentia sunt.] A [*Ὅτι παντα τὰ κρίματα*, καὶ τὰ ἐξῆς. Ὡλισθηκότας ἀναλαμβάνειν δεῖ ἑαυτοὺς διὰ δευτέρων κατορθωμάτων. Εἰ καὶ ἀνεξερεύνητα δὲ καὶ τὰ κρίματα καὶ ἀβύσσῳ ἐοικότα διὰ τὸ ἀκατάληπτον, ἀλλ' οὖν πάντα ἐνώπιόν ἐστι τοῦ θεοφιλοῦς.]

23. *Daniel Barbarus : Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo.* Qui secundum Deum homo est, divinum timorem ante oculos continenter habens, cum fiducia et libertate coram Deo agit. Judicia Dei si inquirantur, inscrutabilia sunt et abyssus multa, quoniam propter obscuritatem comprehendi nequeunt. Fieri tamen haud potest, ut qui judicia Dei præ oculis habet, ægre ferat Dei providentiam, et judicio Dei cuncta disponi : nam vel ex ipso judicii nomine justum esse judicium cognoscitur : jus enim dat. Vel justitiam dicit, cum omnia judicia quæ citra justitiam fiant, eo additamento nominentur, ut non judicia, sed judicia perversa dicantur. Propterea dictum est, *Egrediatur judicium perversum* [10]. *Et justitias ejus non repuli a me.* Adhæreo, inquit, justitiis Dei. Ab illis enim recedunt, qui eas non amplectuntur. Justitiæ vero hoc loco dicuntur, quæ justitiæ causa et æquitatis lege sancita sunt, ut illud : *Si emas servum Hebræum* [11], et reliqua : nam prius dixerat : *Hæc sunt judicia quæ propones eis* [12]. Verum cum justitias una cum judiciis nominet, purgatos ac probatos Dei sermones hæ justitiæ significare possunt. Qui sermones cum judicantur, nec argui nec perverti possint, judicia nuncupantur. Justorum quoque cogitationes ponderatæ et probatæ diligenter, cum similes æquilibrio sint, judicia merito dici possunt.

Daniel Barbarus : Et justificationes ejus non recesserunt a me. Mandata intelligit per justificationes, et decedunt ab illis qui ea non admittunt.

26. *Cum sancto sanctus eris.* Merito tuis me beneficiis dignatus es : nam sanctus cum sis, nosti cum sancto sanctificari. Si enim in peccato perseverassem, et in ruinam funditus lapsus essem, novi te quoque magnum judicem, de peccato meo æquum judicium pronuntiaturum fuisse. At quando custodivi vias tuas, ideo tu qui cum sancto sanctus es et cum innocente innocens, nequaquam rem disposuisti secundum illum perniciosum statum in quo certo tempore versatus sum, sed secundum vitam quæ exinde subsecuta est, et vitam in justitia actam, promeritam mihi retributionem in tribunali illo tuo largieris. B *Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ*. Εἰκότως κατηξίωσάς με τῆς σῆς εὐεργεσίας · ἐπειδήπερ, δίκαιος ὢν, οἶδας μετὰ ὁσίου ὁσιοῦσθαι. Εἰ γὰρ ἤμην ἐναπομείνας τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ παντελῆ διαστροφὴν ὑπομείνας, οἶδα, ὅτι καὶ σὺ αὐτὸς ὁ μέγας κριτὴς τῇ ἐμῇ ἁμαρτίᾳ κατάλληλον ἐπήγαγες τὸ σαυτοῦ κρῖμα. Ἐπειδὴ δὲ ἐφύλαξα τὰς ὁδούς σου, τούτου χάριν ὁ μετὰ ὁσίου ὁσιούμενος καὶ μετὰ ἀθώου ἀθωούμενος, οὐ κατὰ τὴν ἐν καιρῷ τινι γεγενημένην μοι διαστροφὴν ἥρμόσω, κατὰ δὲ τὴν μετὰ ταῦτα ζωὴν, καὶ τὸν ἐν δικαιοσύνῃ μου βίον τὴν ἀμοιβήν μοι παρέξεις ἐν τῷ σῷ δικαστηρίῳ

28. *Quoniam tu populum humilem salvum facies.* Ad chorum mittit apostolorum. *Et oculos superborum humiliabis.* Hoc tendit in Scribas et Pharisæos. C *Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις*. Ἐπὶ τὸν χορὸν ἀναπέμπει τῶν ἀποστόλων. *Καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων ταπεινώσεις*. Τοῦτο εἰς τοὺς Φαρισαίους καὶ γραμματεῖς τείνει.

29. *Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine.* Mentem ait. *Deus meus, illuminabis tenebras meas ;* ignorantiam, inquit, meam dissipabis.

30. *Quoniam in te eripiar a tentatione, et in Deo meo transgrediar murum.* Quia comprehenderunt me, inquit, inimici mei, ut me circumsisterent.

[Tentationem etiam vocat voluptatem, et murum, diabolum.]

31. *Deus meus, impolluta via ejus*, etc. Hæc dicens, ingratitudinem, perfidiam, immorigerum animum, et duritiem cordis ingratorum et sceleratorum Judæorum carpit. Quoniam Salvatorem nostrum Christum reprehenderunt, quasi contra divinam legem ageret. Dicta namque illius, quasi blasphema conviciis et calumniis impetebant, mutuo

Ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου, καὶ ἐν τῷ θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος. Ὅτι περιέλαβόν με οἱ ἐχθροί μου, φησὶν, εἰς τὸ ἀποκλεῖσαι.

[Πειρατήριον δὲ καὶ λέγει τὰς ἡδονὰς, καὶ τεῖχος τὸν διάβολον.]

D *Ὁ θεός μου ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ*. Ἐνταῦθα, φησὶ, τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν κακίαν καὶ τὴν ἀπειθῆ γνώμην καὶ τὴν σκληρότητα τῶν ἀγνωμόνων καὶ ἀχαρίστων καὶ σκληροκαρδίων Ἰουδαίων καταμέμφεται. Ἐπειδὴ ἐπελαμβάνοντο τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὡς παρὰ τὸν θεῖον πράττοντος νόμον. Καὶ μὴν καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ ἐλοιδόρουν καὶ διέβαλλον

[10] Habac. I, 4. [11] Exod. XXI, 2. [12] ibid. 1.

Digitized by Google

ὡς βλασφήμων, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, ὅτι *Βλασφημεῖ. Τίς γὰρ δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας;* Ἐκ πονηρᾶς συνειδήσεως καὶ κακοῦ λογισμοῦ ταῦτα πρὸς τὸν τῶν ὅλων Κύριον καὶ Θεὸν διανοούμενοι, καὶ λογιζόμενοι ἃ διελογίζοντο.

A dicentes : *Hic blasphemat : quis enim potest dimittere peccata* [13] ? Ex prava scilicet conscientia, et mala cogitatione hæc contra Dominum ac Deum universorum in mente versabant et cogitabant.

[*Τὰ λόγια αὐτοῦ πεπυρωμένα.* Καὶ τὰ περὶ τούτου λόγια αὐτοῦ ὡς τὸ πεπυρωμένον ἀργύριον, καθαρὰ πάσης μέμψεως, βεβασανισμένα, δεδοκιμασμένα.

[*Eloquia ejus igne examinata.* Et eloquia ejus ad rem istam, de qua agimus, pertinentia, quasi argentum igne purgatum, nulli reprehensioni obnoxia, probata et examinata.

Ὅτι τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Κυρίου; ἢ τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Λόγος μόνος Θεὸς ἀληθὴς, διὸ καὶ Μονογενὴς, διὰ τὸ μόνος εἶναι Θεὸς ὡς ὁ Πατήρ. Εἰπὼν δὲ περὶ Χριστοῦ, ὡς φύσει Θεὸς, νῦν λέγει, *Ἢ τίς Θεός;* μόνον εἶναι λέγων, κατ' αὐτὸν, τὸν Πατέρα. Ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ· οὐ γάρ ἐστι Θεὸς ἕτερος, ἵνα ὁ μὲν τούτῳ, ὁ δὲ ἐκείνῳ παράσχῃ τὴν αἴτησιν. Ἴσως δὲ καὶ ἐκ παραλλήλου τοὺς δύο προηνέγκατο στίχους· οὕτω, φησὶν, ὁ ἀληθὴς Θεὸς, ὡς ἐπεποίθειν, ἐν μὲν τῷ νικᾷν δύναμιν περιεζώννυε, καὶ ἀβλαβῆ μοι τὴν περὶ τὰ ποακτέα ἔτίθει ὁδόν.]

32. *Quoniam quis Deus præter Dominum ? aut quis Deus præter Deum nostrum ?* Nam Dei Verbum solus Deus verus est, proptereaque Unigenitus, quia solus Deus est sicuti et Pater. Postquam autem de Christo, ut natura Deo, locutus est ; nunc ait, *Aut quis Deus ?* Solum aiens Deum Patrem secundum seipsum. Nobis autem unus Deus est B Pater ; non enim est alius Deus, ut iste quidem illi, alius illi vota concedat. Fortassis comparative duos versus protulit : sic, inquit, est verus Deus, uti confidebam, vincendo fortitudinem induit, et securam mihi ad recte agendum viam munivit.]

Ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν. Ὅμοιον τὸ εἰρημένον· *Ἕως οὗ ἐνδύσησθε ἐξ ὕψους δύναμιν. Καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου.* Τουτέστι διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἄμωμόν με παρεσκεύασε τρέχειν ὁδόν.

33. *Deus qui præcinxit me virtute.* Simili huic est dictum illud : *Donec induamini virtute ex alto* [14]. *Et posuit immaculatam viam meam.* Id est, per evangelica præcepta immaculatam viam currendam mihi munivit.

Καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλά ἱστῶν με. Τουτέστι τὰ ἄνω διδάσκει φρονεῖν.

34. *Et super excelsa statuens me.* Id est, docet me superna sentire.

[*Κατηρτιζόμενος τοὺς πόδας μου.* Ἀναλωτικοὶ γὰρ οἱ ἅγιοι τῶν ἰοβόλων παθῶν· ἔλαβον γὰρ δύναμιν κατὰ τῶν νοητῶν ὄφεων, καὶ διὰ τοῦτο ἐλάφοις παρεικάζονται· καὶ αὐταὶ γὰρ ἀναλωτικαὶ τῶν αἰσθητῶν ὑπάρχουσιν ὄφεων· *Ὡσεὶ ἐλάφου·* ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.]

[*Qui perfecit pedes meos.* Sancti quippe venenosas passiones absumunt, accepta scilicet virtute contra C intelligibiles serpentes, quare cervis comparantur ; nam illi quoque serpentes, qui sub sensum cadunt, absumunt, *tanquam cervi :* siquidem potestatem acceperant calcandi super serpentes et scorpiones et omnem virtutem inimici [15].]

Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον. Εἰς εὐχὴν γὰρ αὐτὰς ἐκτείνων περιγίνομαι τῶν δυσμενῶν. *Καὶ ἔθου τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχιονάς μου.* Τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἀνδρικὰς δίκην τόξου χαλκοῦ κατασκευάσας. Διὰ μὲν τοῦ χαλκοῦ τὸ εὔτονον δείκνυσι καὶ τὸ ἄτρωτον, διὰ δὲ τοῦ τόξου τὸ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων συμβολικῶς βραχιόνων ἀφίεσθαι βέλη.

35. *Qui docet manus meas ad prælium.* Eas enim ad orandum extendens adversariis superior evado. *Et posuisti arcum æreum brachia mea.* Virtutes illas animæ robustas, ceu arcum æreum adornasti. Per æs autem robur et impenetrabilitatem significat ; per arcum vero, indicat per brachia nostra symbolice emitti tela.

[*Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον.* Ἐπιτευκτικὸν εἶναι κατὰ τὴν μάχην διδάσκων, καὶ τιθεὶς τοὺς βραχίονας ὡς τόξον, ὡσανεὶ χαλκοῦς ποιῶν κατὰ τὴν ἰσχὺν τούτους. Ἢ λέγει τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἀνδρικὰς δίκην τόξου χαλκοῦ κατεσκεύασεν. Ὁ χαλκὸς σύμβολόν ἐστι πρακτικῆς· *Διέφθειρε* γὰρ, φησὶ, *τὸν χαλκόν σου*, φησὶν ὁ Ἰεζεκιὴλ πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ.]

[*Qui docet manus meas ad prælium.* Id est, qui docet quo pacto ad pugnam instructum esse opus D sit, et brachia velut arcum constituit, et quasi ænea quoad robur efficit. Vel significat, facultates animi viriles quasi arcum æneum adornavit. Æs symbolum est virtutis agendi : *Æs tuum corrupit*, ait Ezechiel ad Jerusalem [16].]

Daniel Barbarus : Brachia mea. Manus et brachia sunt virtutes, quæ intellectuales hostes jaculantur et expugnant. Maxima vero manus est eleemosyna, quæ pauperum amatores omni materia fortiores reddit : nunquam enim infirmantur brachia miserentis.

Καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας. Ὑπερήσπισάς μου, φησὶ, διὰ τοῦ σωτηρίου σου. Τοῦτο δέ ἐστιν ἡ τῆς οἰκονομίας ἐπιδημία

36. *Et dedisti mihi protectionem salutis.* Protexisti me, inquit, per salutare tuum. Hoc autem significat œconomiæ adventum, sive incarnationem.

[13] Marc. II, 7. [14] Luc. XXIV, 49. [15] Luc. X, 19. [16] Ezech. XVI, 36.

Digitized by Google

[*Et disciplina tua correxit me.* Disciplinam evangelicam dicit; aut disciplinam, institutionem scilicet quæ ex lege accipitur : qui mihi, inquit, nulla non beneficia contulisti, dedisti quoque leges; quibus, ut oportet, instituimur. Cum enim, ait, lege edidicerim, non oportere injuriam facere, ab ea abstinui. Verum ne ob æquitatem hujusmodi, quid mihi mali eveniat, idoneum mihi mali auxilium afferas, *latitudinem* tribuens, vel disciplinam institutionis causa datam dicit, secundum illud, *Accipe disciplinam* [17]; vel laboriosum vivendi institutum, secundum illud, *Ne varvivendas disciplinam Domini* [18].] A

[*Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με.* Παιδείαν τὴν εὐαγγελικὴν λέγει · ἢ παιδείαν τὴν ἐκ νόμου φησὶ παίδευσιν · οἷον διὰ πάντων με, φησὶν, εὐεργετῶν δέδωκας καὶ νόμους, δι' ὧν ἐπαιδευόμην τὸ δέον. Μανθάνων γὰρ ἐκεῖθεν ὡς οὐ δεῖ ἀδικεῖν, ἀπειχόμην τούτου. Ἀλλ' ἵνα μὴ βλάπτωμαι πάλιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπιεικείας, ἱκανὴν περιέχῃς βοήθειαν, πλατυσμὸν παρεχόμενος, ἢ παιδείαν τὴν παιδευτικὴν λέγει διδασκαλίαν, κατὰ τό· *Ἐπιλάβου παιδείας*· ἢ τὴν ἐπίπονον ἀγωγὴν, κατὰ τό· *Μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου.*]

Daniel Barbarus : Hoc autem est adventus providentiæ, ac dispensationis, quo me collapsum erexisti, et quam magnum malum sit peccatum ostendisti, et salute dignum fecisti. Salutare autem et salus Christus est, quem pro nobis pugnaturum Pater amandavit.

Et dextera tua suscepit me. Dextera Patris Filius. *Et disciplina tua correxit me in finem.* Evangelica scilicet doctrina. *Et disciplina tua ipsa me docebit.* Illud : *Et disciplina tua ipsa me docebit*, Theodotionis est. Cujus loco Septuaginta habent : *Et disciplina tua correxit me in finem.* B

Καὶ δεξιά σου ἀντελάβετό μου. Δεξιὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. *Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος.* Ἡ εὐαγγελικὴ δηλονότι διδασκαλία. *Καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει.* Τὸ, *Καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει*, Θεοδοτίωνός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, *Ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος*, εἰρημένου τοῖς Ἑβδομήκοντα.

37. *Dilatasti gressus meos*, etc. Statuisti enim supra petram pedes meos, quæ est fides nostra. *Et non sunt infirmata vestigia mea.* Sublatis namque offendiculis et laqueis, quæ paraverunt inimici, viam et aditum nobis munivit.

[*Dilatasti gressus meos.* Remotis, inquit, offendiculis et laqueis, quæ mihi struxerant inimici, liberam mihi viam parasti. Gressus autem vocat, quatenus a malitia ad virtutem quis pertransit, quod quidem sub initium laboriosum et asperum iis est, qui in via angusta gradiuntur ; at in profectu dilatatur. Nam quia post virtutis labores, quietem nacturus sum, id sane vestigia confirmat mea. Statuit namque super petram pedes nostros.] C

Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου. Ἔστησας γὰρ ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, ἥτις ἐστὶν ἡ πίστις ἡμῶν. *Καὶ οὐκ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου.* Περιελὼν γὰρ τὰ σκάνδαλα καὶ τὰς παγίδας, ἃς κατεσκεύαζον οἱ ἐχθροὶ, κατήρτισεν ἡμῖν τὴν πορείαν.

[*Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου.* Περιελὼν φησι τὰ σκάνδαλα καὶ τὰς παγίδας ἃς κατεσκεύαζον οἱ ἐχθροὶ, ἐλευθέραν μοι τὴν πορείαν ἐποίησας. Διαβήματα λέγει καθὸ ἐκ κακίας πρὸς ἀρετὴν διαβαίνει τις, ἃ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐπίπονά ἐστι τῷ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύοντι · τῇ δὲ προκοπῇ πλατύνεται. Τῷ γὰρ μετὰ τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους ἀνάπαυλαν δέχεσθαι ἰσχυροποιεῖται τὰ ἴχνη · ἔστησε γὰρ ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας ἡμῶν.]

38. *Persequar inimicos meos.* Tanquam divina gratia ad cursum adornatus, de victoria confidit.

Καταδιώξω τοὺς ἐχθρούς μου. Ὡς κατεσκευασμένος διὰ τῆς θείας χάριτος εἰς δρόμον, περὶ τῆς νίκης θαῤῥεῖ.

39. *Confringam illos, nec poterunt stare.* Frangit inimicos animus passionibus vacuus.

Ἐκθλίψω αὐτούς, καὶ μὴ δύνωνται στῆναι. Ἐκθλιψιν τῶν ἐχθρῶν ἡ ἀπάθεια κατεργάζεται.

40. *Et præcinxisti me virtute.* Summam victoriæ rursum fortitudinem tribuenti Deo ascribit.

Καὶ περιέζωσάς με δύναμιν. Πάλιν τὸ πᾶν τῆς νίκης τῷ δεδωκότι τὴν ἰσχὺν ἀνατίθησι.

41. *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.* Id est, in fugam vertisti. Proprium namque fugientium est terga dare : et sane terga dant inimici nostri dæmones, cum non ulterius cogitationes turbulentas animæ immittere valent. *Et odientes me disperdidisti :* Saulem, Achitophelem, Abessalonem et sexcentos alios. D

Καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον. Ἀντὶ τοῦ εἰς φυγὴν ἔτρεψας. Ἴδιον γὰρ τῶν φευγόντων νῶτα διδόναι. Νῶτα δὲ διδόασιν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν δαίμονες μηκέτι λογισμοὺς ἐμπαθεῖς ἐμβαλεῖν δυνάμενοι τῇ ψυχῇ. *Καὶ τοὺς μισοῦντάς με ἐξωλόθρευσας.* Τὸν Σαοὺλ, τὸν Ἀχιτόφελ, τὸν Ἀβεσσαλὼμ, καὶ μυρίους ἑτέρους.

42. *Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret*, etc. Hæc de inimicis sensibilibus ait, quasi ex persona Domini. Neque enim alienigenæ deos suos in subsidium vocantes, eorum providentia et cura adjuti sunt : neque Saul, Abessalom, Semei et reliqui

Ἐκέκραξαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ σώζων. Ταῦτα περὶ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν φησιν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου. Οὔτε γὰρ ἀλλόφυλοι τοὺς οἰκείους καλοῦντες εἰς ἐπικουρίαν θεοὺς τῆς παρ' αὐτῶν προνοίας ἀπέλαυσαν, οὔτε ὁ Σαοὺλ καὶ Ἀβεσσαλὼμ καὶ ὁ Σε-

[17] Prov. xix, 20. [18] Prov. iii, 11.

Digitized by Google

μεεὶ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν πολέμιοι τὸν Θεὸν ἐσχήκασι σύμμαχον.

Καὶ λεπτυνῶ αὐτοὺς ὡσεὶ χοῦν. Φροῦδοι, φησὶ, γενήσονται παντελῶς τῆς σῆς μοι χάριτος συνεργούσης.

Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ. Ἔτι τοῦ Κυρίου τὸ πρόσωπον ἀποστρεφομένου μὲν δι' ἀπείθειαν τῶν Ἰουδαίων, αἰτοῦντος δὲ τὰ ἔθνη εἰς κληρονομίαν αὐτοῦ. *Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν.* Ἀλλ' οὐκ ἴσμεν τὸν Δαυὶδ τῶν ἐθνῶν βασιλεύσαντα· οὐκοῦν διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθέντος ἡ προφητεία πληροῦται. Ὁ γὰρ ἐκ Δαυὶδ κατὰ σάρκα τεχθεὶς, Δαυὶδ καὶ αὐτὸς ὀνομαζόμενος κατὰ τὸν θεῖον Ἰεζεχιὴλ, ὁ Δεσπότης, λέγω, Χριστὸς, πάντων ἐβασίλευσε τῶν ἐθνῶν· ἀεὶ μὲν ὡς Θεὸς τῶν ἁπάντων δεσπόζων, μετὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τὴν ἐθελούσιον τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων δουλείαν δεξάμενος.

Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι. [Τοῦ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· ἀποστρεφόμενος γὰρ τοὺς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους, αἰτεῖ τὰ ἔθνη εἰς κληρονομίαν.] Οὐκ ἀγνοίας ἐστὶ σημαντικὸν, πάντα γὰρ οἶδεν ὡς Θεός· ἀλλ' ὅτι οἱ κατὰ καιροὺς τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς ἐμὲ μὴ λαχόντες ἀλλότριοι ἂν εἶεν καὶ ξένοι καὶ πόρρω τῆς ἐμῆς ἀπέχοντες οἰκειότητος.

Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι. Ὁ κληθεὶς υἱὸς πρωτότοκος Ἰσραὴλ ἀλλότριος ἐκλήθη διὰ τὴν ἀπιστίαν υἱός. *Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν.* Πᾶν τὸ παλαιούμενον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

Ζῇ Κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ Θεός μου. Εὐκαίρως τὸ, *Ζῇ Κύριος* ἐπεφώνησεν. Ἐπειδὴ ἐμνημόνευσεν τῆς ἀντιλογίας τοῦ λαοῦ, ἐν ᾗ ἑβόων λέγοντες *Ἆρε, ἆρε· σταύρωσον αὐτόν. Καὶ ὑψωθήτω ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου.* Εἰ καὶ *ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν*, φησὶ, *λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν*, ἀλλ' ὑψηλός ἐστιν. Ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ τὸ, *Ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.*

Ὁ Θεὸς ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοί. Ἐκ τοῦ ἀπίστου λαοῦ τῶν Ἰουδαίων δηλονότι. *Καὶ ὑποτάξας λαοὺς ὑπ' ἐμέ.* Τὰ ἔθνη, φησὶν, ὑπετάγησαν τῷ Χριστῷ. *Ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν μου.* Τῶν ἀρχόντων τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ λαοῦ φησιν.

Ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμέ. Τοῦ Ἰούδα λέγει.

[*Ὁ ῥύστης μου ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ὀργίλων.* Ἐκ τοῦ λαοῦ ἀπίστου. Ὀργίλοι ἐχθροὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς λαὸς Σαμαρείτην αὐτὸν κερτομοῦντες. Ἀνὴρ δὲ ἄδικος ὁ Ἰούδας, ἢ Πιλᾶτος, ἀναιτίως κολάσας. Διὰ τοῦτο ἢ διὰ τὰς εἰς ἐμὲ εὐεργεσίας εὐχαριστήσω σοι ἐπὶ πάντων εἴτε Ἰουδαίων εἴτε ἐθνῶν, καὶ ἐν ὕμνοις ἐξῶ τὸ ὄνομά σου.]

Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, Κύριε. Ἐπειδὴ τὰ καὶ τὰ εἰργάσω, ἐγὼ, φησὶν ὁ προφήτης, ἐπειδὰν σὺ αὐτὸς ὁ Κύριος τὰ ἔθνη καλέσῃς,

A Israelitarum hostes, Deum opitulatorem habuerunt.

43. *Et comminuam eos ut pulverem.* Vacui, inquit, erunt, tua mihi gratia fortiter auxiliante.

44. *Eripe me ae contradictionibus populi.* Domino scilicet adhuc faciem avertente ob Judæorum inobsequentiam, postulante autem gentes in hæreditatem suam. *Constitues me in caput gentium* (4). (Et tamen nescimus Davidem gentibus imperasse.) Per eum itaque, qui ex Davide secundum carnem ortus est, impletur prophetia. Nam qui ex Davide secundum carnem natus est, et ipse David vocatus juxta divinum Ezechielem, nempe Dominus Christus, omnibus gentibus imperavit. Et quidem ut Deus omnibus semper imperat; postquam autem homo factus est, voluntariam credentium in ipsum servitutem subiit.

45. *Populus quem non cognovi servivit mihi.* [Ipsius Christi, qui, repulsis Judæis ut inobsequentibus, postulat gentes in hæreditatem.] (5) Non est hæc ignorantiæ nota: cuncta enim novit utpote Deus. Sed quoniam, ait, qui per diversa tempora nulla mihi necessitudine juncti erant, alieni et extranei jure dicantur, atque a mea familiaritate longe remoti.

46. *Filii alieni mentiti sunt mihi.* Israel, qui primogenitus vocabatur, alienus filius ob incredulitatem dictus est. *Filii alieni inveterati sunt.* Omne inveteratum, proximum interitui est.

47. *Vivit Dominus, et benedictus Deus meus.* Opportune illud, *Vivit Dominus*, vociferatus est. Quia commemoravit contradictionem populi, qua clamabant: *Tolle, tolle, crucifige eum* [19]. *Et exaltetur Deus salutis meæ.* Etiamsi, *humiliavit semetipsum*, inquit, *forma servi accepta* [20], excelsus nihilominus est. Simile autem huic dictum est: *Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen* [21].

48. *Deus qui das vindictas mihi.* Videlicet adversus infidelem populum Judæorum. *Et subdis populos sub me.* Gentes, inquit, Christo subditæ fuerunt. *Liberator meus de inimicis meis.* De principibus Israelitici populi.

Ab insurgentibus in me. Judam ait.

[*Liberator meus de inimicis meis iracundis.* A populo infideli. Inimici iracundi sunt Judaicus populus, qui quasi Samaritano illi maledicebant. Vir autem iniquus est Judas, aut Pilatus qui sine causa ipsum supplicio affecit. Propterea, aut propter tua erga me beneficia, gratias agam tibi in omnibus nationibus, sive Judæis sive gentibus, et hymnis celebrabo nomen tuum.]

Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine. Cum tu, Domine, ait Propheta, hæc et illa mihi præstiteris, quando tu ipse Dominus gentes vocave-

[19] Joan. XIX, 15. [20] Philipp. II, 8. [21] ibid. 9.

(4) Hæc Origeni tribuuntur in Reg. 1.

(5) In Colb. 3, hæc tribuuntur Cyrillo.

Digitized by Google

ris, per eas confitebor ego tibi, canentibus illis hymnos quos edidi. Non modo autem hoc erit, sed etiam magnificabo salutes regis eorum, scilicet gentium. Quam salutem operatus est in medio terræ. *Magnificabo*, id est, perspicue omnibus acclamabo. Nam eam, inquit, salutem operatus est, cum misericordia in sibi unctum populum est usus : siquidem in regale sacerdotium uncti sumus. Ubi autem eam populo quam mihi Davidi misericordiam feceris, idipsum quoque ad semen meum pervenire concedes. Semen quippe David est etiam gentium populus, quippe qui filius ejus effectus sit, qui ex semine David secundum carnem natus est.

δι' αὐτῶν σοι ἐξομολογήσομαι, ἀδόντων αὐτων οὓς πεποίηκα ὕμνους. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μεγαλυνῶ, φησὶ, τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτῶν τῶν ἐθνῶν· ἣν ἐποίησε σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. *Μεγαλυνῶ*, τουτέστι τοῖς πᾶσι διαβοήσω λαμπρῶς. Ἐπειδὴ καὶ ταύτην εἰργάσατο, φησὶ, ποιῶν ἔλεον ἐπὶ τὸν χρισθέντα αὐτοῦ λαόν· εἰς βασίλειον γὰρ ἱεράτευμα ἐχρίσθημεν. Ποιῶν δὲ τῷ λαῷ τὸ ἔλεος καί μοι τῷ Δαυὶδ, παρασκευάσεις γενέσθαι αὐτῷ καὶ τῷ σπέρματί μου. Σπέρμα γὰρ τοῦ Δαυὶδ καὶ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός· ἅτε δὴ γεγονὼς τέκνον τοῦ ἐκ σπέρματος κατὰ σάρκα γεννηθέντος Δαυὶδ.

I. *In finem PSALMUS Davidi. XVIII.*

Argumentum.

Initialem complectitur doctrinam hic psalmus ex persona apostolorum ad gentes. Quamobrem cœlum et solem et reliqua elementa, quos magnos illæ deos esse arbitrabantur, opificem laudare suum dicuntur.

2. *Cœli enarrant gloriam Dei.* Simile est hoc illi : *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur : semiterna quoque ejus virtus et divinitas* [23].

3. *Dies diei eructat verbum, et nox*, etc. Dies, inquit, et nox, mutuo sibi spatium concinno et congruenti ordine ad cursum concedentes, ipsis rebus creatorem suum prædicant.

4. *Non sunt loquelæ neque sermones*, etc. Cum interpunctione legendum. Nam ex adverso interrogans clausulam distinguit, quod autem per interrogationem opponitur est illud : et nihilne loquuntur ? Quapropter dicit : Annon aliquæ res sunt, quæ licet nullam emittant vocem, artificem denuntiant ? Enimvero ex pulchre adornata navi, fabri peritia dignoscitur : et similiter de reliquis. Prædicta itaque opificia a magnitudine, pulchritudine, concinnitate opificem prædicant : ita ut eorum prædicatio omnem pervadat orbem.

6. *In sole posuit tabernaculum suum.* In sole posuit, inquit, tabernaculum sive domum. Ubinam autem posuit nisi in cœlo et in firmamento supra memoratis ? Hanc porro domum, lectum item vocavit. Ut autem dies et nox pulchro illo ordine et consensu prædicant opificem, ita et sol quod quadam concinnitate cursum conficiat iubentis potentiam declarat.

8. *Lex Domini immaculata convertens animas.* Evangelica scilicet. Ethnici utpote qui jam ex prædictis elementis edidicerint unum opificem esse, docentur demum evangelicam legem ; ita ut omnium gentium animæ ad veritatem convertantur. *Testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis.* Testimonium scilicet quod de se ipse Salvator reddidit ; et : *Ego lux in mundum veni* [23] ; et : *Ego ex Patre exivi et venio* [24] ; et : *Ego sum vita* [25].

Εἰς τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. ΙΗ'.

Ὑπόθεσις.

Εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν περιέχει ὁ παρὼν ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων πρὸς τὰ ἔθνη. Διὸ καὶ οὐρανὸν, καὶ ἥλιον, καὶ τὰ ἕτερα στοιχεῖα, οὓς καὶ μεγάλους ἐνόμιζε θεοὺς ταῦτα ἀνυμνεῖν τὸν ποιητὴν αὐτῶν λέγουσιν.

Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ. Ὅμοιον τὸ εἰρημένον· *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης.*

Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα καὶ νύξ... Ἡ ἡμέρα, φησὶ, καὶ ἡ νὺξ εὐτάκτως καὶ εὐαρμόστως ἀντιπαραχωροῦσαι τοὺς δρόμους ἀλλήλαις, δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὸν δημιουργὸν αὐτῶν ἀνακηρύττουσιν.

Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι. Καθ' ὑποστιγμὴν ἡ ἀνάγνωσις. Ἀντιπίπτων δὲ, ὑποτέμνεται· τὸ δὲ ἀντιπῖπτον ἐστί· Καὶ μὴν οὐ φθέγγονται ; Διὸ λέγει· Ἆρα οὐκ εἰσὶ τινὰ πράγματα ἃ, καὶ μὴ ἀφιέντα φωνὴν, τὸν τεχνίτην ἀνακηρύττουσι; Ναὶ μὴν καὶ γὰρ ἐκ τῆς καλῶς ἡρμοσμένης νηὸς ἡ τέχνη τοῦ ναυπηγοῦ φαίνεται· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὡσαύτως. Οὐκοῦν καὶ τὰ ποιήματα τὰ προειρημένα οὕτω κηρύττει ἀπὸ μεγέθους καὶ καλλονῆς καὶ εὐαρμοστίας τὸν δημιουργόν· ὡς εἰς πᾶσαν αὐτῶν τὴν οἰκουμένην διαδραμεῖν τὸ κήρυγμα.

Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ. Τῷ ἡλίῳ, φησὶν, ἔθετο τὸ σκήνωμα, ἤτοι οἶκον. Ποῦ δὲ ἔθετο ἢ ἐν τῷ προειρημένῳ οὐρανῷ καὶ στερεώματι ; Τοῦτον δὲ τὸν οἶκον καὶ παστὸν ᾠνόμασεν. Ὥσπερ δὲ ἡμέρα καὶ νὺξ τῇ εὐτάκτῳ συμφωνίᾳ κηρύττουσι τὸν δημιουργὸν, οὕτω καὶ ὁ ἥλιος, τὸ τὸν δρόμον μετά τινος εὐαρμοστίας ποιεῖσθαι, δηλοῖ τοῦ προστάττοντος τὴν δύναμιν.

Ὁ νόμος Κυρίου ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυχάς. Ὁ εὐαγγελικὸς δηλονότι. Ὡς ἤδη δὲ ἀπὸ τῶν προειρημένων στοιχείων παιδαγωγηθέντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἕνα εἶναι τὸν δημιουργὸν, διδάσκονται λοιπὸν καὶ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον, ὡς καὶ ἐπιστρέφαι τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τὰς ψυχὰς εἰς ἀλήθειαν. *Ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια.* Ἣν ἐμαρτύρησεν περὶ ἑαυτοῦ ὁ Μονογενὴς τό· *Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα·* καὶ, *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω·* καὶ, *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή.*

[23] Rom. I, 20. [24] Joan. XII, 46. [25] Joan. XVI, 28. [23] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

[Σοφίζουσα νήπια, βεβαιοῦσα τοὺς ἀποστόλους, ἢ A νήπια τοὺς, ἐν Χριστῷ γενομένους νηπίους φησὶ καὶ βρέφη, καὶ τοὺς ἀνθρώπους σοφίας ἀπείρους.]

[Quæ infantibus sapientiam tribuo, apostolos confirmo, aut per infantes intelligit eos qui in Christo infantes evadunt, aut insanos, hominesque sapientiæ e pertes.]

Daniel Barbarus : Testimonium hoc imperfectos parvulos et rudes instruit et sapientes reddit.

Τὰ δικαιώματα Κυρίου εὐθέα εὐφραίνοντα καρδίαν. Ἀντὶ τοῦ, ἡ δικαίωσις ἡ γενομένη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κρίσει. Κρίνας γὰρ ἡμῶν τὴν κρίσιν, ἐξέβαλε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος, διδοὺς ἡμῖν εὐφροσύνην ἐν καρδίᾳ. *Ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς.* Τοὺς τῆς διανοίας φησὶν ὀφθαλμοὺς πόῤῥωθεν τὴν αὐγὴν ἀναπέμπουσα.

9. *Justificationes Domini rectæ lætificantes corda.* Id est, justificatio in judicio nostro facta. Nam cum de causa judicaret nostra, ejecit principem sæculi, tribuens nobis lætitiam in corde. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos ;* mentis nimirum oculos, eminus radios immittens.

Daniel Barbarus : Mentis nimirum, docens quomodo universorum Deo serviatur.

Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ νομικοῦ φόβου τὸ τοιοῦτον· ἐκεῖνος γὰρ κολαστής. Ἡμῶν ἁγνεία ἐστὶν ἁμαρτημάτων ἀποχή. Διὸ καὶ ἁγνὸς εἴρηται ὁ φόβος, ὡς ἁγνοὺς ποιῶν· τῷ γὰρ φόβῳ Κυρίου, φησὶν, ἐκκλίνει τις ἀπὸ κακοῦ. Αἰώνιος δὲ ὢν ὁ φόβος, ἐν οἷς ἂν γένηται καὶ αὐτοὺς αἰωνίους ποιεῖ.

10. *Timor Domini castus permanens in sæculum sæculi.* Quasi ad differentiam legalis timoris castus dicitur : ille enim pœnam spectabat. (6) Castitas autem est abstinentia a peccatis. Quare castus timor dicitur, quod castos efficiat : nam præ timore Domini declinat quis a malo. Æternus autem cum sit timor, æternos item efficit quos ingreditur.

Ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή. Μισθὸς γὰρ φυλακῆς γίνεται *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη.*

12. *In custodiendis illis retributio multa.* Merces quippe observantiæ sunt quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt [26].

Adjicit Daniel Barbarus : Non est igitur sine lucro illorum observantia ; etenim multas et pulchras retributiones habet. Hactenus autem de pietate disseruit. Hinc percurrit quæ ad justitiæ administrationem in homines, et juris actionem spectant, deque humanis delictis agit : peccata dividit in ea quæ consulto, et in ea quæ non sponte fiunt, et ex his alia ex imbecillitate, alia ex necessitate, alia ex errore fiunt.

[*Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά.* Ὁ μεταγωγηθεὶς τῷ εὐαγγελικῷ νόμῳ νέος λαὸς, καὶ τὰ κρίματα ἀληθινὰ φυλάττειν εἰπὼν, εὐχὴν ἀναπέμπει, καὶ τὸν κατὰ διάνοιαν λογισμὸν καθαρὸς εὑρεθῆναι ὡσαύτως καὶ τῶν ἐντὸς ῥυσθῆναι δαιμόνων.] C

[*Etenim servus tuus custodit ea.* Qui evangelica lege imbutus est populus novus, qui judicia vera se custodire dicit, preces fundit, ut et animi cogitationibus purus deprehendatur, ab externisque similiter dæmonibus liberetur.]

Εἰς τὸ τέλος. ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. Ιθ'.

Ὑπόθεσις.

1. *In finem, PSALMUS Davidi. XIX.*

Argumentum.

Λέγεται μὲν ὁ ψαλμὸς ὡς ἐκ προσώπου τῶν περὶ τὸν Δαυΐδ ἑταίρων, αὐτῷ τῷ Δαυΐδ ἐπευχομένων ποιοῦντι θυσίαν. Ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἀποστόλων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ ῥηθέντος.

Dicitur hic psalmus tanquam ex persona familiarium ipsius Davidis, qui ipsi Davidi sacrificium offerenti bene precantur. Refertur quoque ad personam apostolorum, quasi ea ipsa die pronuntiatus qua cruci Dominus affixus est.

Ἐπακούσαι σου ὁ Κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως. Προστεθείη σοι· *Σκεπάσαι σε*, φυλάξαι σε. *Ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου.* Λέγοι δ' ἂν ταῦτα πρὸς τὴν τοῦ αθυμοῦντος παραμυθίαν ἢ ὁ ἐνυπάρχων τῇ ψυχῇ Λόγος, ἢ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Εὐχῆς δὲ δεῖ τῷ θλιβομένῳ, καὶ τοῦ μὴ καταβαλεῖν τὰς ἐλπίδας· οὕτω γὰρ Θεὸς ἐπήκοος γίνεται.

2. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis :* adsit tibi : *protegat te*, id est, custodiat te.

3. *Mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion tueatur te.* Hæc ad consolationem animo deficientis fortasse dixerit Verbum quod in anima exsistit, aut Spiritus sanctus. Precatione autem opus ei qui angitur, nec amittenda spes, sic namque Deus efficitur propitius.

Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Σωτήριος τοῦ Πατρὸς ἐν κόσμῳ ὁ Υἱός· σωτήριον τοῦ Υἱοῦ ἐν κόσμῳ ὁ σταυρός.

6. *Lætabimur in salutari tuo.* Salutare Patris in mundo Filius : salutare Filii in mundo crux.

[*Ἀγαλλιασόμεθα ἐν τῷ σωτηρίῳ σου.* Τὸ σωτήριον, φησὶν, ὃ δέδωκας τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, διὰ τῆς σῆς ἀναστάσεως πᾶσι φανερὸν κατέστησας.]

[*Exsultabimus in salutari tuo.* Salutare, inquit, quod dedisti humano generi, per tuam resurrectionem omnibus manifestum fecisti. *Sic Daniel Barbarus.*]

[26] I Cor. II 9.

(6) Hæc Daniel Barbarus tribuit Origeni.

Digitized by Google

7. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas.* Quæ erant petitiones, nisi, *Pater sancte, serva eos de mundo* [17]? Palam autem est de credentibus in eum dici. [Aut Davidem aut Ezechiam dicit, tempore scilicet sacerdotum et regum, aut propter œconomiam Domini secundum carnem, et propter resurrectionem; aut quia nobis salutem consecutis, ipse salutem obtinere dicitur, qui et curam hujusce habebit, cum unum corpus simus. Quamobrem nunc dicit: In præsenti quippe cognoscimus Christum salutem nactum, quia inde nos nostræ pignus salutis accipimus. Salvos autem fecisti nos per virtutem dexteræ tuæ. Dexteram dixit opera, virtutes magnas, auxilium: aut divina signa prædicit a Christo edenda.] *Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum*, utpote jam illuminatus per Spiritum sanctum circa ea quæ resurrectionem spectant.

A *Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου.* Τίνα ἦν τὰ αἰτήματα, ἢ τὸ, *Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου;* Δῆλον δὲ, ὅτι τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν. [Ἢ τὸν Δαυὶδ ἢ τὸν Ἐζεκίαν· ἐφ' ἱερέων γὰρ καὶ βασιλέων, ἢ διὰ τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου οἰκονομίαν καὶ ἀνάστασιν· ἢ καὶ ὅτι σωζομένων ἡμῶν, αὐτὸς λέγει σώζεσθαι, οὗ καὶ μελήσει μὲν σώματος ὄντες ἑνός. Διὸ καὶ νῦν εἶπεν· Ἐν γὰρ τῷ παρόντι γινώσκομεν σωζόμενον τὸν Χριστὸν, τῷ ἀπεντεῦθεν ἀῤῥαβῶνα ἡμᾶς δέχεσθαι σωτηρίας. Ἔσωσας δὲ διὰ τῆς δυναστείας τῆς δεξιᾶς σου. Δεξιὰν τὰς πράξεις, τὰς μεγάλας δυνάμεις, τὴν βοήθειαν εἰπών· ἢ τὰς θεοσημείας προαναφωνεῖ τοῦ Χριστοῦ.] *Νῦν ἔγνων, ὅτι ἔσωσε Κύριος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ*, ὡς ἤδη φωταγωγηθεὶς διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ περὶ τῆς B ἀναστάσεως.

In potentatibus salutis dexteræ ejus. Salutem, inquit, nobis tribuit magnas virtutes operatus. Opera namque hic significat eo quod virtutes dexteræ accedentibus porrigat. [Illi, inquit, his confisi ceciderunt: nos autem in nomine Domini armis instructi, salutem nacti sumus.] Dexteram hic quoque humano more loquendo vocat divinam operationem.

Ἐν δυναστείαις τῆς σωτηρίας τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. Ἔσωσεν ἡμᾶς, φησὶ, δυνάμεις μεγάλας ἐργασάμενος. Τὰς πράξεις γὰρ ἐνταῦθα σημαίνει διὰ τὰς δεξιὰς δυνάμεις τοῖς προσιοῦσιν ὀρέγειν. [Ἐκεῖνοι μὲν, φησὶ, πεποιθότες ἐπὶ τούτοις, ἔπεσον· ἡμεῖς δὲ, ἐν ὀνόματι Κυρίου καθωπλισμένοι, ἐσώθημεν.] Δεξιὰν δὲ πάλιν ἐνταῦθα ἀνθρωπίνως εἶπε, τὴν θείαν οὕτως ὀνομάζων ἐνέργειαν.

8. *Hi in curribus, et hi in equis.* Quemadmodum, cum Israelem eriperet a sensibilibus Ægyptiis currus Pharaonis et virtutem ejus projecit in mare: ita cum totum hominum genus liberaret a spiritualibus Ægyptiis, currus contrivit. C

Οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις. Ὥσπερ τῶν αἰσθητῶν Αἰγυπτίων σώζων τὸν Ἰσραὴλ, ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν, οὕτω καὶ πάντων ἀνθρώπων σώζων τὸ γένος τῶν νοητῶν Αἰγυπτίων, συνέτριψε τὰ ἅρματα.

10. *Domine, salvum fac regem.* Proinde tantum nacti patrocinium, supplicamus tibi, Domine, ut cum nos, tum rex noster eo fruamur assidue.

Κύριε, σῶσον τὸν βασιλέα. Τοιγάρτοι τοσαύτης ἀπολαύσαντες ἀντιλήψεως ἱκετεύομεν, Δέσποτα, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τὸν ἡμέτερον βασιλέα ταύτης μεταλαγχάνειν διηνεκῶς.

1 *In finem, PSALMUS Davidi. XX*

Ειὶς τέλος, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. Κ'.

Argumentum.

Ὑπόθεσις.

Hunc quoque psalmum prius memorati amici regis offerunt: tanquam lætante illo quod ex semine ipsius exortum mundo sit salutare. Hoc erat enim quod ex animo peroptabat, darique sibi maxime supplicabat. Quod ubi concessum fuisset, factum ipsi est ceu corona quædam ex pretioso lapide confecta, qua caput exornaret suum. David enim apud omnes gentes cum Domino suo atque D filio secundum carnem, laudibus celebratur. Neque corona tantum fuit illi hoc salutare; imo etiam vita, et diuturnitas incolumitatis, gloria, magnificentia, lætitia, gaudium, spes et misericordia nunquam nutans.

Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν οἱ προδηλωθέντες ἑταῖροι τοῦ βασιλέως ἀναπέμπουσιν, ὡς ἤδη αὐτοῦ εὐφραινομένου διὰ τὸ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεγεννημένον τῷ κόσμῳ σωτήριον. Τοῦτο γὰρ ἦν ὃ ἐπεθύμει κατὰ ψυχὴν, καὶ ἐδέετο λαβεῖν. Ὅπερ καὶ δοθὲν γέγονεν αὐτῷ οἷά τις στέφανος ἐκ λίθου τιμίου τὴν κεφαλὴν δοξάζων· δοξάζεται γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὁ Δαυὶδ μετὰ τοῦ Κυρίου ἑαυτοῦ καὶ υἱοῦ τὸ κατὰ σάρκα. Οὐ μόνον δὲ στέφανος αὐτῷ γέγονε τὸ σωτήριον, ἀλλὰ καὶ ζωὴ, καὶ μακροημέρευσις, καὶ δόξα, καὶ μεγαλοπρέπεια, καὶ εὐφροσύνη, καὶ χαρὰ, καὶ ἐλπὶς, καὶ ἔλεος οὐ σαλευόμενον.

2. *Domine, in virtute tua lætabitur rex.*

Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεύς.

7. *Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi.* In omnibus, inquit, generationibus celebris et præclarus erit, quod tantam a te fiduciam acceperit. Nam illud, *cum vultu tuo*, vertit Symmachus, *apud vultum tuum.* Lætitia itaque, ait, et

Ὅτι δώσῃς αὐτῷ εὐλογίαν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἐν ἁπάσαις, φησὶ, ταῖς γενεαῖς ἀοίδιμος ἔσται καὶ πολυθρύλλητος, τοσαύτην ἐσχηκὼς παρὰ σοῦ παῤῥησίαν. Τὸ γὰρ *μετὰ τοῦ προσώπου σου, παρὰ τῷ προσώπῳ σου*, τέθεικεν ὁ Σύμμαχος. Εὐφροσύνην τοι-

[17] Joan. XVII, 11.

Digitized by Google

νυν ἕξει, φησὶ, καὶ διηνεκῆ θυμηδίαν τοῦ προσώπου, τουτέστι τῆς σῆς εὐμενείας τυγχάνων. Αἴτιον δὲ τούτων αὐτῷ γέγονε τὸ ἐπὶ σοὶ πεποιθέναι. *Εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου.* Πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. *Ὁ ἑωρακὼς, φησὶν, ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Μετὰ τούτου εὐφραίνεσθαι κατ' οὐρανὸν ὡς νυμφαγωγοὶ μετὰ τοῦ νυμφίου μέλλομεν.

Ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐλπίζει ἐπὶ Κύριον, καὶ ἐν τῷ ἐλέει. Κρείττων ἐστὶ τῶν πολεμούντων τῆς σῆς χάριτος ἀπολαύων. Ἀπολαύει δὲ ταύτης ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ θαῤῥῶν, τῇ δὲ σῇ ἐλπίδι χρώμενος μόνῃ.

Εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου. Ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν Κύριον ὁ λόγος διὰ τὰ γεγονότα κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ.

[Λέγει δὲ, ὅτι θηρεύσει τοὺς ἁμαρτήσαντας. Εἰ γὰρ ἐν τῷ τηροῦντι τὰς ἐντολὰς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τελειοῦται, δῆλον, ὡς ὁ μὴ τηρῶν μισεῖ· ὃς καὶ ἀπολωλεκέναι λέγεται.]

Ὅτι θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου. Ἀντὶ τοῦ, Πυρὸς ἀποδείξεις μετόχους. Τοῦτο γὰρ ἑαυτοῖς ἐθησαύρισαν ἐν τῇ δευτέρᾳ σου ἐπιφανείᾳ, ὅταν καὶ ἀποδιδῷς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. *Κύριος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτοὺς, καὶ καταφάγεται αὐτοὺς πῦρ.* Ὀργὴν φησι τὴν τιμωρίαν τὴν γενησομένην αὐτοῖς διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν.

Τὸν καρπὸν αὐτῶν ἀπὸ γῆς ἀπολεῖς. Τοὺς λόγους τοὺς πονηροὺς καὶ τὰ ἐνθυμήματα. Ταῦτα δέ εἰσιν ἐπιβουλαὶ αἱ παρ' αὐτῶν, αἳ καὶ ἀνῄρηνται διὰ τῆς ἀναστάσεως. [Τὰς διδασκαλίας καὶ τὰ ἄθεα δόγματα, ἃ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτῶν, ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς ἀπωλείᾳ παραδίδωσι.] *Καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων.* Εὐεργεσία ἐστὶν ἁμαρτιῶν ἐκπεσεῖν καὶ ἐννοιῶν πονηρῶν. Σπέρμα γὰρ ἁμαρτίας λογισμὸς πονηρός.

Ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· *Ὅτι θήσεις αὐτοὺς ἀποστρόφους*, τουτέστιν ὀπίσω καὶ παρακολούθημα τῶν ἐθνῶν. *Ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν.* Καταλέλοιπας αὐτοῖς, φησὶν, ἐπιστροφῆς καιρὸν πρὸς τὸ μετανοῆσαι. Αὕτη δέ ἐστι μετὰ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν κλῆσις καὶ ἐπιστροφή.

[Ποιήσεις τοὺς ἀπιστήσαντας Ἰουδαίους. Οὓς δὲ ὁ Θεὸς ἀποστρέφεται, *τίθησι νῶτον* μὴ δυναμένους εἶναι πρόσωπον, πρὸς τὸ τὰ ὀπίσθια κατανοοῦντας διὰ τῶν ποιημάτων πάλιν πρὸς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι. Τοὺς γὰρ μὴ οἵους τε ὁρᾶν τὸ πρόσωπον, τῷ μὴ ἔχειν καρδίαν καθαρὰν, τίθεται κατανοεῖν τὰ ὀπίσθια αὐτοῦ, τὰ μετ' αὐτὸν ὄντα δημιουργήματα· ἵνα τὴν κτίσιν θεωροῦντες ἔννοιαν αὐτοῦ λάβωσι, καὶ προσβαλόντες τῷ Θεῷ αὐτῶν, τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον ἴδωσι. Περίλοιπα δὲ τοῦ Θεοῦ τὰ ἀνωτέρω τῶν κτισμάτων τῶν αἰσθητῶν.

Ὑψώθητι, Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου. Ὅμοιον τῷ· *Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.* Τὴν δευτέραν δὲ σα-

A voluptate afficietur vultus tui, id est, tuam nactus benevolentiam. Horum vero in causa fuit ipsi quod tibi confiderit. *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Vultus Patris est Filius : *Qui vidit me*, ait, *vidit et Patrem meum*[28]. Cum illo futurum ut in cœlo lætemur, velut sponsi deductores cum ipso sponso.

8. *Quoniam rex sperat in Domino, et in misericordia*, etc. Superior scilicet est hostibus, tuam nactus gratiam. Ea autem fruitur nulli hominum confidens, sed in te solum spem collocans.

9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis.* Hæc ad ipsum Dominum pertinere videntur, ob mala a Judaico populo illata ipsi.

[Ait autem se quasi venatu capturum peccatores. Si namque in eo, qui mandata servat, charitas Dei perficitur, palam est eum qui non servat, Deum odio habere : qui dicitur in perniciem ire.]

B

10. *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui.* Ac si diceret : ignis consortes efficies. Id enim illi ceu thesaurum reposuerunt in secundo adventu tuo, quando reddes unicuique juxta opera sua. *Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.* Iram vocat supplicium quo sunt, contumeliæ ipsi oblatæ causa, multandi.

11. *Fructum eorum de terra perdes.* Mala scilicet verba et malas cogitationes. Hæ sunt insidiæ illis paratæ quæ per resurrectionem tolluntur. [Doctrinas et impia dogmata, quæ post ipsorum mortem Deus, utpote bonus, destruit.] *Et semen eorum a filiis hominum.* Beneficium habendum est a peccatis excidere et a pravis cogitationibus. Nam semen peccati mala cogitatio.

C

13. *Quoniam pones eos dorsum.* Symmachus autem sic interpretatus est : *Quoniam pones eos aversos*, id est retrorsum et appendicem gentium. *In reliquiis tuis præparabis vultum eorum.* Reliquisti, ait, illis conversionis tempus ad pœnitentiam. Hæc autem est vocatio et conversio post plenitudinem gentium.

[Incredulos Judæos efficies. Quos autem Deus aversatur, eos *ponit dorsum*, quia non possunt esse vultus, ut posteriora (Dei) considerantes per ejus opificia ad ipsum reducantur. Siquidem infirmis, qui quod cor purum non habeant, non possunt vultum ejus videre, posteriora sua considerandi offert, scilicet opificia quæ post ipsum sunt ; ut, conspectis rebus creatis, in cognitionem illius deveniant, et Deo suo sese applicantes, ejus vultum videant. Reliquiæ autem Dei sunt illa, quæ rebus conditis sensum moventibus superiora sunt.

D

14. *Exaltare, Domine, in virtute tua.* Simile illi : *Adveniat regnum tuum.* Hisce autem secundum

[28] Joan. XIV, 9. [29] Matth. VI, 10.

Digitized by Google

ejus adventum rogat accelerari : *Cantabimus et psallemus virtutes tuas.* Tunc enim omnes justorum animæ, in supernis mansionibus constitutæ spiritualem cultum obeunt.]

1. *In finem, pro susceptione matutina,*
PSALMUS David. XXI.

Argumentum.

Canitur hic psalmus pro susceptione matutina, id est, quia nocte et caligine diabolica nos liberavit emicans unigenitum Dei Verbum, oriens ex alto, ut scriptum est [30]. Aut susceptionem matutinam appellat resurrectionis Salvatoris tempus. Resurrexit enim primo diluculo, et viam humanæ naturæ munivit ad incorruptionem. Canit vero psalmum Christus ex persona humanitatis. Aperte autem ea narrat quæ crucis tempore a Judæis illata ipsi sunt.

2. *Deus, Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti ?* Postulat inspectionem Patris, nostra in sese transferens, ut abrogaret [nos ipsi derelicti prius, nunc autem assumpti ac salute donati sumus. Hæc dicit ut abrogaret, etc.] maledictionem, et ad nos vultum Patris adduceret. Nos enim ob Adæ prævaricationem in aversionem et derelictionem facti sumus. *Longe a salute mea verba delictorum meorum.* Mihi, quæso, animadverte humanitatis in Christo personam, postulantem liberari a lapsibus seu a delictis, et a sermonibus ea spectantibus. Palam est autem peti justitiam cuique homini congruentem.

[*Deus, Deus meus.* Hæc Salvator loquitur ex persona humanitatis, quasi dicat, mi Deus, mi Deus, in vocativo scilicet.]

3. *Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies, et nocte, et non ad insipientiam mihi.* Cum interpunctione legendum : significat autem nobis non inutilem esse orationis fructum. Ait enim : *Non ad insipientiam mihi.* Id est, perspicue novi, futurum esse ut clamem ego, ipse exaudiat. Quia cum in sanctis habites qui mentem in te positam habent, laus et gloria ipsis es.

4. *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* (7) Qui laudaris ab Israele aut ipse laus es.

5. *In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos.* Patres suos secundum carnem dicit, patriarchas scilicet et prophetas. Exhibet autem spei lucrum.

[*In te speraverunt patres nostri.* Quin etiam, qui ante me secundum carnem fuerunt, scilicet prophetæ, in te confidebant meam exspectantes illustrationem, neque spe lapsi sunt, similiterque patriarchæ.]

7. *Ego autem sum vermis et non homo.* Docet

[30] Luc. I, 78.

(7) Hæc a Daniele Barbaro tribuuntur Origeni.

A φῶς παρουσίαν εὔχεται διὰ τοῦτο γενέσθαι· *Ἀσομεν καὶ ψαλοῦμεν τὰς δυναστείας σου.* Τότε γὰρ πᾶσα δικαίων ψυχὴ, ἐν ταῖς ἄνω γενομένη μοναῖς, τὰς πνευματικὰς ἀναπέμπει λατρείας.]

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς,
ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ. ΚΑ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδεται ὁ προκείμενος ψαλμὸς ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς. Τουτέστιν ὅτι νυκτὸς καὶ ἀχλύος διαβολικῆς ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς, ἐπιλάμψας ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀνατολὴ ἐξ ὕψους κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἢ καὶ ἀντίληψιν ἑωθινὴν τὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ὀνομάζει καιρόν. Ἐγήγερται γὰρ ὄρθρου βαθέος, ὁδοποιήσας τῇ ἀνθρώπων φύσει τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ὁδόν. Ἄδει δὲ τὸν ψαλμὸν B ὁ Χριστὸς ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος. Σαφῶς δὲ καὶ τὰ συμβαίνοντα αὐτῷ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ ἐξηγεῖται ἡμῖν

Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με ; Αἰτεῖ τὴν ἐποπτείαν τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὰ ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν μετατιθεὶς ἵνα [*Ambr.*, ἡμεῖς γὰρ ἦμεν οἱ ἐγκαταλελειμμένοι πρότερον, νῦν δὲ προσειλημμένοι καὶ σεσωσμένοι. Ταῦτα λέγει ἵνα, καὶ τὰ ἑξῆς] παύσῃ τὴν ὀργὴν, καὶ ἐφ' ἡμᾶς μεταγάγῃ τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός. Ἡμεῖς γὰρ ἐσμεν οἱ γεγονότες ἀποστροφὴ καὶ ἐγκατάλειψις διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν. *Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου.* Σκόπει μοι πάλιν τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον ἐν Χριστῷ παρακαλοῦν ἀπαλλάττεσθαι τῶν πταισμάτων ἤτοι τῶν παραπτωμάτων C καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς λόγων. Δῆλον δὲ, ὅτι τῆς ἑκάστῳ πρεπούσης δικαιοσύνης.

[*Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου.* Ταῦτα λέγει ὁ Σωτὴρ ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος ἀντὶ τοῦ· Θεέ μου, Θεέ μου.]

Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Καθ' ὑποστιγμὴν ἀναγνωστέον. Σημαίνει δὲ ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἀνόνητος τῆς προσευχῆς ὁ καρπός. Φησὶ γάρ· *Οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί.* Τουτέστιν, οἶδα σαφῶς, ὡς κεκράξομαι μὲν ἐγὼ, εἰσακούσει δὲ αὐτός. Ὅτι γε καὶ, κατοικῶν ἐν ἁγίοις τοῖς εἰς σὲ τὸν νοῦν ἔχουσιν, ἔπαινος καὶ δόξα αὐτῶν γίγνῃ.

Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. D Ὁ ἐπαινούμενος ὑπὸ τοῦ Ἰσραήλ· ἢ ὁ αὐτὸς ἔπαινος ὤν.

Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν καὶ ἐῤῥύσω αὐτούς. Πατέρας ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα τοὺς πατριάρχας καὶ τοὺς προφήτας φησί. Δείκνυσι δὲ καὶ τῆς ἐλπίδος τὸ κέρδος.

[*Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν.* Ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ σάρκα πρὸ ἐμοῦ, τουτέστιν οἱ προφῆται, ἐπὶ σοὶ προσεδόκων, τὴν ἐμὴν ἐπίλαμψιν ἀναμένοντες, καὶ τῆς ἐλπίδος οὐ διεψεύσθησαν· ὡσαύτως καὶ οἱ πατριάρχαι.]

Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Τα-

Digitized by Google

πεινόφρονας εἶναι διδάσκει, καὶ μάλιστα προσιόντας Θεῷ. *Ὀνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουδένωμα λαοῦ.* Ταῦτα σαφῶς ὁ εὐαγγελιστὴς πεπρᾶχθαι εἰς αὐτὸν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ φησιν· καθ' ὃν ἐπέσειον αὐτῷ οἱ παραπορευόμενοι τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐβλασφήμουν εἰς αὐτὸν λέγοντες· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, σῶσον σεαυτόν.*

Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός. Τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ κατ' εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς ἐνηνθρώπησεν. *Ὅτε γὰρ, φησὶν, ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός.* Ἐπιγράφεται γὰρ καὶ ἐλπίδα τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, καὶ τοῦτο λέγων ὡς ἄνθρωπος· ἐπειδὴ γὰρ τὸν Χριστὸν μόνον ἐκ τῆς Μαρίας ἐξέσπασεν ὁ Θεὸς, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων οὐκ ἐκσπωμένων, ἀλλ' ἐξερχομένων. *Ἐξῆλθε γὰρ,* φησὶν, *Ἡσαῦ,* B *ᾧ ἡ δειρὰ δασύς.*

Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας ἀπὸ γαστρός, κ. τ. λ. Εὔχεται πάλιν ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος. Καὶ γὰρ ὁ τῶν μαθητῶν αὐτὸν καταλέλοιπε χορός. Εἶτα προλέγει τὰ τῆς θλίψεως εἴδη.

Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί. Τῶν Ἰουδαίων τοὺς ἄρχοντάς φησιν.

Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ὀστᾶ αὐτοῦ φησι τοὺς ἁγίους μυσταγωγούς· εἰ γὰρ σῶμα αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία, εἰκότως καὶ οἱ συνέχοντες αὐτὴν νοηθεῖεν ἂν ὀστᾶ. Ἠκούσαμεν δὲ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὡς, συλληφθέντος αὐτοῦ παρὰ τῆς σπείρας τῶν στρατιωτῶν, διεσκορπίσθησαν οἱ μαθηταί. Καὶ ἄλλως· Τὰ ὀστᾶ τῆς σοφίας, τὰ ἅγια C δόγματα τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν, ἅπερ ἐν τῷ Πάσχα μὴ συντρίβειν τοῖς Ἰουδαίοις νενομοθέτηται· *Ὀστοῦν* γὰρ *αὐτοῦ,* φησὶν, *οὐ συντριβήσετε. Ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος.* Ἴδιον λύπης τὸ εἰρημένον· γέγραπται γάρ· *Ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.* Ἐλυπεῖτο δὲ ὑπέρ τε τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τοῦ προδότου, ὅτι δὴ ἀπωλείᾳ παρελαμβάνοντο διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀσέβειαν.

[*Καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου.* Ἐσκέδασται, φησὶ, καὶ διεσκορπίσθη τὰ τέως ἐν ὀστῶν τάξει τὴν περιτὸν διδάσκαλον συμπληροῦντα σύνταξιν· ἀφέντες γὰρ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἔφυγον, τὸ κατὰ πεδίον ἀφιέμενον ὕδωρ μιμησάμενοι.]

Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσα κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου. Σημαίνει διὰ D τούτων τὴν ἐπὶ τῷ τιμίῳ σταυρῷ συμβᾶσαν αὐτῷ δίψαν, ὅτε καὶ αἰτήσαντι πιεῖν, ὄξος προσήνεγκαν αὐτῷ μετὰ χολῆς. [Διὸ λέγει· *Καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου.*] *Καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με.* Χάριτι γὰρ Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου. Οὐ γὰρ εἰς θάνατον, ἀλλ' εἰς χοῦν θανάτου κατήχθη ὁ Χριστός· οὐκ ἐγκατελείφθη γὰρ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί. Πάλιν τοὺς ἄρχοντας σημαίνει. *Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου.* Διὰ τοὺς ἐν σταυρῷ ἥλους φησίν.

esse humiles oportere, maximeque accedentes ad Deum. *Opprobrium hominum et abjectio plebis.* Hæc evangelista in tempore crucis factum ipsi enarrat, cum qui præteribant, capita moverent et blasphema hujusmodi verba proferrent in eum: *Si Filius Dei es, salvum fac temetipsum* [31].

10. *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre.* Hoc ait, quia secundum Patris beneplacitum factus est homo. *Ubi* namque, ait, *venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum natum ex muliere* [32]. Scriptum quippe est ipsum in Patre spem habuisse; atque id ait quatenus homo; quia solum Christum ex Maria Deus extraxit, cæteris hominibus non extractis sed egressis: *Exiit quippe,* ait, *Esau, cui pellis pilosa* [33].

11. *In te projectus sum ex utero de ventre,* etc. Precatur rursum ceu ex persona humanitatis. Nam chorus discipulorum ipsum deseruerat. Exinde prædicit futuræ calamitatis species.

13. *Circumdederunt me vituli multi.* Judæorum principes ait.

15. *Sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt omnia ossa mea.* Ossa ejus vocat sanctos mysteriorum ejus initiatores. Si namque corpus ejus Ecclesia est, jure qui administrant illam ossa appellentur. Audivimus autem evangelistam narrantem, quod ubi a cohorte militum captus fuisset, dispersi fuerint discipuli. Alio modo: Sapientiæ ossa sunt sacra Ecclesiæ dogmata, quæ in Paschate non comminuere Judæis lege cautum est. Ait enim: *Os non comminuetis ex eo* [34]. *Factum est cor meum tanquam cera liquescens.* Proprium doloris est quod dicitur; scriptum enim est [35]: *Capit pavere et tædere.* Indoluit autem Christus de Judæorum et proditoris pernicie, ob ipsorum in Christum impietatem illata.

[*Et dispersa sunt omnia ossa mea.* Dissipata, inquit, et dispersa sunt, quæ apud magistrum ossium munus et ordinem implebant: relicto namque eo discipuli fugerunt [36], instar aquæ, quæ in planitie effunditur.]

16. *Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis.* Hiis sitim significat qua in cruce laboravit, cum roganti potum acetum cum felle obtulerunt. [Quamobrem dicit: *Et lingua mea adhæsit faucibus meis.*] *Et in pulverem mortis deduxisti me.* Nam Dei gratia pro universo mundo gustavit mortem. Non enim in mortem, sed in pulverem mortis deductus est Christus: nequaquam enim derelicta est anima ejus in Inferno, neque caro ejus vidit corruptionem [37].

17. *Quoniam circumdederunt me canes multi.* Rursum principes significat. *Foderunt manus meas et pedes meos.* De crucifixi clavis ita loquitur.

[31] Marc. xv, 30. [32] Galat. iv, 4. [33] Gen. xxv, 25. [34] Exod. xii, 46. [35] Marc. xiv, 33. [36] Matth. xxvi, 56. [37] Psal. xv, 10.

Digitized by Google

18. *Dinumeraverunt omnia ossa mea.* Attrectantes scilicet totum corpus ipsius, et emetientes ossa singula ut explorarent ubi figerent clavos. *Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me.* Id est, irriserunt. Id autem ait ob chlamydem coccineam, spineam corcnam, et calamum pro sceptro datum.

19. *Diviserunt sibi vestimenta mea.* Isthæc in Evangeliis perspicue explicata sunt.

20. *Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me.* Jam in preces sermonem commutat. [Te, inquit, opitulante et patrocinante, cum post triduum resurrexero, vanas illorum insidias ostendam.] Exemplumque nobis est, quo pacto oporteat in tentationibus Deum invocare, nec in angorem et consilii inopiam decidere, neque frangi calamitatibus.

21. *Erue a framea, Deus, animam meam.* His malitiam et insaniam Judæorum significat, per frameam scilicet, manum canis, os leonis, cornua unicornium. *Et de manu canis unicam meam.* Manum ea vocat quæ per hunc canem gesta sunt: ipsum autem canem appellat. *Non* enim, inquit[38], *bonum est accipere panem filiorum, et projicere catellis.*

[Framea vero fuerit diabolus, qui pungere et confodere semper conatur. *Unicam* autem vocat animam suam, quia sola relicta fuit, et ab aliis animabus segregata: universæ quippe peccatum noverunt, illa vero minime: et quia semper sola cum carne conjuncta cum Deo Verbo est secundum hypostasin. Unus namque Christus est ex duobus adversis constans, perfectus Deus, perfectus homo. Illas autem animas quæ multo intervallo distabant adiit. Forte etiam Ecclesiam sibi astantem vocat unicam, quod maculam nullam, nullas sordes habeat, atque ex profectu in melius repleta sit inculpatis illis sexaginta reginis, et octoginta concubinis.]

22. *Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te.* Docuit enim nos eum qui natura et vere Deus est, et consubstantialem ipsi Patrem. Rursus ut homo conjunctus est per Ecclesiam.

24. *Qui timetis Dominum, laudate eum; universum semen Jacob, glorificate eum.* Quandoquidem Ecclesia ex gentibus juxta atque ex Judæis constat, hos atque illos ad hymnum concinendum excitat. Ilos quidem a proavo suo Jacob atque Israel vocans, illos virtutis nomine compellat, quæ quidem valet generis loco homines exornare. Ita Judæos eos qui ex gentibus ad legem accederent mos erat appellare. Idque nos edocet Actuum historia. Cum oraret enim beatus Paulus, sic ait[39]: *Viri Israelitæ, et qui inter vos timetis Dominum.*

[38] Matth. xv, 26. [39] Act. xiii, 16.

Ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ψηλαφῶντες κατὰ τὸ εἰκὸς ἅπαν αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ ἀναμετροῦντες ἕκαστον τῶν ὀστέων, ἵνα ἴδοιεν οὗ τοὺς ἧλους πῆξαι χρή. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. Ἀντὶ τοῦ, ἐπεγέλασαν. Ταῦτα δέ φησι διὰ τὴν κοκκίνην χλαμύδα καὶ τὸν ἐξ ἀκανθῶν στέφανον, καὶ τὸν ἀντὶ σκήπτρου κάλαμον.

Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς. Σαφῶς ταῦτα ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἐγράφη.

Σὺ δέ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ. Μεθίστησι τοὺς λόγους εἰς προσευχήν. [Σοῦ, φησὶ, βοηθοῦντος καὶ ἀντιλαμβανομένου, τριταῖος ἀναστὰς, ματαίαν αὐτῶν τὴν ἐπιβουλὴν ἀποδείξω.] Ὑποτύπωσις ἡμῖν γενόμενος, ὡς δεῖ ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἐπικαλεῖσθαι Θεὸν, καὶ μὴ καταπίπτειν εἰς ἀκηδίαν, μηδὲ ἐκλύεσθαι ὑπὸ τῶν θλίψεων.

Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου. Τὴν κακίαν τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν ἄνοιαν διὰ τούτων σημαίνει διὰ ῥομφαίας καὶ χειρὸς κυνὸς καὶ λέοντος καὶ κεράτων μονοκερώτων. Καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Τὰ ἐκ τούτου τοῦ κυνὸς γενόμενα χεῖρα, καὶ αὐτὸν κύνα ὀνομάζει· Οὐ καλὸν γὰρ, φησὶν, ἐστὶ λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

[Ῥομφαία δὲ εἴη ἂν καὶ ὁ διάβολος, ἀεὶ τιτρώσκειν ἐπιχειρῶν. Μονογενῆ δὲ λέγει αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, διὰ τὸ μεμονῶσθαι καὶ κεχωρίσθαι τῶν ἄλλων ψυχῶν· πᾶσαι μὲν γὰρ ἐκείναι ἔγνωσαν ἁμαρτίαν, ἐκείνη δὲ οὔ· καὶ διὰ τὸ μόνην ἀεὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἕνωσιν ἔχειν καθ' ὑπόστασιν μετὰ τῆς σαρκός. Εἷς γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, τέλειος Θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος. Ἐκείναις δὲ ἐκ διαλειμμάτων ἐπιφοιτᾷ. Τάχα δὲ καὶ τὴν παραστᾶσαν Ἐκκλησίαν αὐτῷ λέγει μονογενῆ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἐκ τῶν ἀμώμων συμπληρουμένην κατὰ προκοπὴν ἐκ τῶν ἑξήκοντα βασιλίδων καὶ ὀγδοήκοντα παλλακῶν.]

Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Ἐδίδασκε γὰρ ἡμᾶς τὸν φύσει καὶ ἀληθείᾳ Θεὸν καὶ ὁμοούσιον αὐτοῦ Πατέρα. Πάλιν ὡς ἄνθρωπος ἥνωται διὰ τῆς Ἐκκλησίας.

Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ, δοξάσατε αὐτόν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ Ἐκκλησία καὶ ἐξ ἐθνῶν καὶ ἐξ Ἰουδαίων συνέστηκε, καὶ τούτους καὶ ἐκείνους εἰς τὸν ὕμνον ἐγείρει· τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ προπάτορος ὀνομάζων Ἰακὼβ τε καὶ Ἰσραὴλ, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ὡς ἀρκούσης ἀντὶ γένους κοσμῆσαι. Οὕτω καὶ Ἰουδαίους τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῷ νόμῳ προσιόντας ἔθος ἦν ὀνομάζειν. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία διδάσκει· δημηγορῶν γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος οὕτως ἔφη· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Κύριον.

Digitized by Google

Ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν. Ἀ κατώρθωσεν ἡμῖν δι' ἑαυτοῦ ὁ Μονογενὴς ἐκδιδάσκει σαφῶς. A

Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου. Ἔπαινον τὴν δοξολογίαν φησὶν· ἔστι δὲ ταύτην παρὰ τοῦ Πατρὸς γενομένην ἰδεῖν, ὅτε ἦλθε φωνὴ ἄνωθεν λέγουσα· *Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.* [Ἢ ὅτι ὥσπερ ἐγώ σε δῆλον τοῖς ἀνθρώποις ἐποίησα, οὕτω καὶ σὺ πάντως τὴν αὐτήν μοι προσάγεις τιμήν, νῦν μὲν λέγων· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου*· νῦν δὲ ἀποκαλύπτων Πέτρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς.] *Τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω.* Εὐχὴ ἡ ἐπαγγελία παρὰ τῇ θείᾳ ὀνομάζεται Γραφῇ. Οὐκοῦν τῆς ὑπακοῆς ἐκπλήρωσις ἡ γενομένη παρὰ τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου ὡσαύτως ἂν νοηθείη, ἀποδοθείσης τῆς εὐχῆς παρ' αὐτοῦ τῷ Πατρί. [Εὐχὴ μὲν ἡ ἐπαγγελία παρὰ τῇ θείᾳ ὀνομάζεται Γραφῇ· Οὐκοῦν ἡ τῆς ὑπακοῆς ἐκπλήρωσις ἡ γενομένη παρὰ τοῦ Υἱοῦ Πατρὶ, καὶ τοῦτο μέχρι τοῦ θανάτου σαρκός. Ὡσαύτως ἂν νοηθείη ἀποδοθείσης τῆς εὐχῆς παρ' αὐτοῦ τῷ Πατρί.] B

25. *Quoniam non sprevit*, etc. Quæ nostri gratia Unigenitus opera edidit perspicue docet.

26. *Apud te laus mea*, etc. Laudem vocat glorificationem; videmus autem illam a Patre editam cum vox desuper audita est: *Et glorificavi et iterum glorificabo* [46]. [Aut quia sicut ego te hominibus manifestum feci, eodem prorsus modo tu mihi parem honorem conciliabis; modo dicens: *Hic est filius meus* [47], modo idipsum Petro revelans atque cæteris.] *Vota mea reddam*, etc. Precatio in divina Scriptura votum seu promissio vocatur. Itaque obsequentiæ Filii erga Patrem usque ad mortem præstitæ consummatio est, quæ tunc facta intelligitur, cum Patri precationem obtulit. [Precatio seu votum promissio vocatur in divina Scriptura: cum itaque in omnibus Patri obsecutus Filius sit, etiam usque ad mortem carnalem, pro voto Patri reddito probe accipiatur.]

Daniel Barbarus: Vota mea. Precatio vel votum, promissio est alicujus eorum quæ religioni sacrantur. Deprecatio vero est supplex bonorum petitio a Deo. Docet autem sermo ne prius a Deo quidquam petamus, quam donum pro accipienda gratia offeramus. Precari, hoc est, vovere prius oportet, quam deprecari. Quemadmodum satio fructuum collectionem præcedit. Oportet enim prius jacere promissionis semina, et sic inde fructus ferre.

Φάγονται πένητες, καὶ ἐμπλησθήσονται. Προσαγόρευσις τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως διὰ τούτων σημαίνεται.

27. *Edent pauperes et saturabuntur.* Hisce gentium vocatio præsignificatur.

Καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Βασιλεῦσαι λέγεται ὧν ἐπὶ γῆς, καίτοι βασιλεὺς πάντων ὢν καθὸ Θεὸς, διὰ τὸ ἐπιστρέψαι αὐτοὺς ἐκ τῆς τῶν δαιμόνων πλάνης εἰς τὴν αὐτοῦ πίστιν, καὶ εὐγνωμοσύνην καὶ δικαιοσύνην. C

28. *Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium.* Regnare dicitur in terra etsi quatenus est Deus rex est universorum, quia scilicet convertit gentes ex errore dæmonum ad fidem suam, et ad gratitudinem et justitiam

Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. Οὐ γὰρ μόνον Ἰουδαίων Θεὸς ὁ Θεὸς, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀλλὰ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ποιητής. Τοῦτο καὶ ὁ Ἀπόστολός φησιν· *Ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον; Οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; Ναὶ καὶ ἐθνῶν. Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως.*

29. *Quoniam Domini est regnum et ipse dominabitur gentium.* Deus non Judæorum solum est Deus, ut arbitrantur ipsi, sed totius humanæ opifex naturæ. Id Apostolus quoque ait [48]: *An Judæorum Deus solum? Nonne et gentium? Imo et gentium. Quoniam unus est Deus qui justificabit circumcisionem ex fide, et præputium per fidem.*

Ἔφαγον, καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς. Τὴν πνευματικὴν δηλονότι τροφήν. Πίονας δὲ αὐτοὺς καλεῖ διὰ τὸ εὐτραφὲς τῶν θείων λογίων. *Ἐνώπιον αὐτοῦ πεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν.* Τοῦτό φησι, διὰ τὸ κλίνειν αὐτῷ γόνυ τοὺς πιστεύοντας. Οὗτοι δὲ οἱ πιστεύσαντες πάλαι ἦσαν. *Οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν γῆν*· τουτέστιν οἱ πεσόντες εἰς ὄλεθρον καὶ φθοράν, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον. D

30. *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ.* Spiritualem videlicet cibum. Pingues autem vocat, ob divinorum eloquiorum succum. *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.* Hoc ait quia fideles genua ipsi flectere solent: hujusmodi autem olim fideles erant. *Qui descendunt in terram;* nimirum qui in perniciem ruunt et in corruptionem, quod Dominum non noverint.

Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ, καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. Ἁγία γὰρ καὶ ἄμωμος ἡ Χριστοῦ γέγονε ζωὴ, ἣν πεποίηται μετὰ σαρκὸς ἐπὶ γῆς. Μόνος γὰρ αὐτὸς οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, καίτοι καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, καὶ σάρκα λαβὼν τὴν φιλαμαρτήμονα. Σπέρμα δὲ Θεοῦ νοηθεῖεν ἂν οἱ δι' αὐτοῦ κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως. *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη.* Καὶ ταῦτα περὶ τῶν ἐθνῶν σημαίνει.

31. *Et anima mea illi vivet, et semen meum serviet ipsi.* Sancta quippe et inculpata Christi vita fuit, quam cum labore et ærumna carne indutus transegit in terra. Ipse namque solus peccatum non fecit, etsi ad similitudinem nostram factus sit, et carnem assumpserit, quæ per se peccatis obnoxia est: semen autem Dei existimandi qui ab eo per fidem sunt vocati: *Annuntiabitur Domino generatio ventura.* Et hæc quoque de gentibus intelligit.

[46] Joan. XII, 28. [47] Matth. III, 17; XXII, 5. [48] Rom. III, 29, 30.

Digitized by Google

32. *Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Huic simile est illud: *Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt*[63].

Λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος. Ὅμοιον τὸ, *Οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλὰ ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.*

1. *PSALMUS David. XXII.*

Argumentum.

Canitur præsens psalmus ex persona gentium exsultantium quod Dominus ipse ad pascua illas perduceret. Et sane mysticum enarrant convivium, quod illis pastor Dominus apposuit.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΚΒ'.

Ὑπόθεσις.

Ἄδεται ὁ προκείμενος ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν ἀγαλλομένων ἐπὶ τὸ ποιμᾶναι αὐτοὺς τὸν Κύριον. Καὶ μὴν καὶ μυστικὴν ἐξηγοῦνται εὐωχίαν, ἣν παρέθηκεν αὐτοῖς αὐτὸς ὁ ποιμαίνων αὐτούς.

Daniel Barbarus. Psalmus est redeuntium a Babylonia servitute, quoniam postquam Cyrus rex eos dimisit, cum magna lætitia et copia rerum ad suos reversi sunt. Sed et hoc beatus David ante dicit. Ex persona igitur ipsorum in patriam revertentium ait.

Dominus pascit me, et nihil mihi deerit. Magnifice in Domino sentiunt qui ab illo pascuntur.

Κύριος ποιμαίνει με. Μέγα ἐπὶ τῷ Κυρίῳ φρονοῦσιν οἱ παρ' αὐτοῦ ποιμαινόμενοι.

2. *In loco pascuæ ibi me collocavit.* In herbæ luxuriantis loco me collocavit, spiritualem herbam dicit. *Super aquam refectionis educavit me.* Aqua refectionis sacrum forte baptisma intelligatur, quippe quod peccatorum molem abstergat.

Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. Ἐν ὡραιότητι πόας κατεσκήνωσέ με, τὴν νοητὴν πόαν φησίν. *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ὕδωρ ἀναπαύσεως νοηθείη ἂν τὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἅτε δὴ τὸ φορτίον ἐξαλεῖφον τῶν ἁμαρτιῶν.

[Hæc, inquit, præbe mihi, prius animæ curam gerens: atque ex devio me convertas, ut recta gradiar via.]

[Ταῦτα παρέσχε μοι, φησὶ, πρότερον τῆς ψυχῆς ἐπιμεληθεὶς, καὶ ἐκ τῆς ἀνοδίας ἐπιστρέψας πρὸς τὸ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ὁδεύειν.]

3. *Animam meam convertit.* Ex captivitate diaboli animam meam ad se convertens, ad sua præcepta deduxit illam ex morte ad vitam. [Ut qui olim neglecta anima sua defecerit, ac per memoratum deinde cibum recreatus sit, aversus et abductus a morte, ait: *Animam meam convertit in viam justitiæ*, in evangelica scilicet dogmata. *Si ambulavero in medio umbræ mortis*, quasi Patrem alloquens. Ipsum autem Christum vocat virgam virtutis, virgam gloriosam, et virgam magnitudinis. Sicut virga corripit, ita et vis facultasque agendi docet quo pacto moderate mala feramus.] Evangelica vero dogmata indicat.

Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου ἐπιστρέψας πρὸς ἑαυτὸν τὴν ψυχήν μου, ὡδήγησεν ἐπὶ τὰς ἐντολάς αὐτοῦ ἐκ θανάτου εἰς ζωήν. [Ὡς παρεκλείπων πάλαι τὴν ἰδίαν ψυχὴν, διὰ τῆς εἰρημένης τροφῆς ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ ἐπιστρέφων ἐκ θανάτου, φησί· *Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψε ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης·* τὰ εὐαγγελικά φησι δόγματα. *Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου,* ὡς πρὸς τὸν Πατέρα. Αὐτὸν δὲ τὸν Χριστόν φησι *ῥάβδον* δυνάμεως, καὶ *ῥάβδον* εὐκλεῆ, καὶ *ῥάβδον* μεγαλότητος. Ὥσπερ *ῥάβδος* παιδεύει, οὕτω καὶ πρακτικὴ μετριοπαθεῖν ἐκδιδάσκει.] Τὰ εὐαγγελικά φησι δόγματα.

4. *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Ipsum ait Christum. Et illud: *Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion*[64]. Et, *virga gloriosa, virga maxima*[65]. Virga est erudiendi potestas; baculus, patrocinium in consolando situm.

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτήρια σου, αὐτά με παρεκάλεσαν. Αὐτὸν τὸν Χριστόν φησιν. Καὶ τό· *Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών.* Καὶ *ῥάβδος εὐκλεὴς,* καὶ *ῥάβδος μεγαλώτατος.* Ῥάβδος ἡ παιδευτικὴ δύναμις· βακτηρία δὲ ἡ διὰ τῆς παρακλήσεως ἀντίληψις.

5. *Impinguasti in oleo caput meum.* Et hoc significat mysticum chrisma. *Et calix tuus inebrians me.* Rursum de mystica agit lætitia. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus.* Nam qui prædicta omnia nacti sunt, in misericordia Dei positi semper erunt, insuperque habitabunt in domo ejus.

Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. Καὶ τοῦτο τὸ χρίσμα τὸ μυστικόν. *Καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με.* Πάλιν τὴν μυστικὴν εὐφροσύνην φησίν. *Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας.* Οἱ γὰρ τῶν προλεχθέντων ἁπάντων μεταλαβόντες ἔσονται διαπαντὸς ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ· καὶ μὴν καὶ κατοικήσουσιν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

[*Parasti in conspectu meo mensam.* Mensam mysticam indicat, oleum vero chrisma mysticum, et calicem ibidem memorat.]

[*Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν.* Τράπεζαν τὴν μυστικὴν λέγει, καὶ τὸ ἔλαιον τὸ χρίσμα μυστικὸν, καὶ τὸ ποτήριον λέγει.]

1. *In finem PSALMUS David una Sabbatorum. XXIII.*

Argumentum.

Daniel Barbarus. Ascensum Domini præsens psalmus nobis prænuntiat, necnon gentium doctrinam, et quemadmodum cœlesti domicilio dignatæ sunt.

Εἰς τέλος ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων. ΚΓ'.

Ὑπόθεσις.

Τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ὁ παρὼν ἡμῖν κηρύττει ψαλμὸς καὶ τῶν ἐθνῶν διδασκαλίαν· πῶς ἂν καὶ αὐτοὶ ἄξιοι γένωνται τῶν ἐπουρανίων σκηνῶν.

[63] Joan. I, 13. [64] Psal. CIX, 3. [65] Jer. XLVIII, 17.

Digitized by Google

Psalmus autem hic consecutione quadam vicesimo secundo præponi debebat : est enim ad eorum consolationem factus, qui in servitutem Babyloniam adducebantur ; ille autem ad eos dictus est qui ab ea reducebantur. Verum (quemadmodum initio diximus) non ordinatim positi psalmi sunt, sed ut inventi sunt. Cum videret ergo beatus David graviter afflictos eos qui captivi ducebantur, propterea quod patrium solum et proprium templum relinquebant, longius repetens ipsos consolatur dicens : Ne ægre feratis Babylona : nam si honeste et cum virtute vixeritis, et studiose bonos mores vitæ quæsiveritis, ibi etiam Deum invenietis, quandoquidem omnia sua sunt, et in manu ejus sunt omnes fines terræ.

Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Τὴν βασιλείαν ἣν ἐβασίλευσε τῶν ἐθνῶν ἐπιδημήσας ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, διὰ τῶν παρόντων κηρύττει. A

Domini est terra et plenitudo ejus. Hisce prædicat regnum unigeniti Dei Verbi in omnes gentes.

Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν. Ἵνα μή τις τῶν ἐχθρῶν δόξῃ εἶναι μὲν τὴν γῆν τοῦ Σατανᾶ, νυνὶ δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι τὸν Χριστὸν, τούτου χάριν τὸν Χριστὸν αὐτῆς ποιητὴν ἀποδείκνυσιν, ἅμα δὲ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ δηλοῖ, ὥστε τοσοῦτον μέγεθος τῆς γῆς ἐπὶ ὑδάτων στηριχθῆναι. *Καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν.* Ἀντὶ τοῦ, διεκόσμησεν.

2. *Ipse super maria fundavit eum.* Ne quis ex adversariis putaret terram Satanæ esse, jam vero ipsi dominari Christum, hujus gratia Christum ejus opificem declarat, et una potestatem ejus ostendit, qua tantam terræ molem super aquas fundavit. *Et super flumina præparavit eum.* Id est, concinnavit.

[Τότε γὰρ ἔδραν ἡ Ἐκκλησία λαμβάνει, ὅταν τρικυμιῶν προσβαλουσῶν, ἄσειστος διαμείνῃ κατὰ τὴν πίστιν, *Καὶ ἐπὶ ποταμῶν·* ὥστε καὶ ποταμοὺς τὰς διεξόδους ἀκωλύτως ποιεῖσθαι, δρη τε καὶ ὕλση ζωῆς ἀπονέμεσθαι, χώρας καὶ πεδιάδας εἰς οἰκίας καὶ γεωργίας ἀνθρώποις ἀφωρίσθαι.] B

[Tunc enim Ecclesia soliditatem accipit, cum fluctibus ac tempestatibus impetita immobilis in fide perseverat : *Et super flumina ;* ita ut sine obice flumina exitus reperiant, montes et silvæ ab animantibus incolantur, agri et planities in domos et agriculturam hominibus seponantur.]

Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου (8) ; Μετὰ τὸ ἐκθέσθαι τὴν πίστιν, καὶ ἔργων διδασκαλίας ἐξηγεῖται, ἵνα δι' ἀμφοτέρων τῆς ὄντως κληρονομίας ἐπιτύχωμεν οἱ ἀκούοντες.

3. *Quis ascendet in montem Domini ?* Postquam fidem exposuit, jam operum doctrinam enarrat, ut quotquot audierimus et obtemperaverimus, per utramque, veram hæreditatem nanciscamur.

Ἀθῷος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. Περὶ τούτου εἴρηται ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ψαλμῷ. *Ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.* Ματαίωσιν τὴν ὑψηλοφροσύνην φησί. *Καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ.*

4. *Innocens manibus et mundo corde.* Hac de re dictum fuit in decimo quarto psalmo. *Qui non accepit in vano animam suam.* Vanitatem, id est superbiam. *Nec juravit in dolo proximo suo.*

Οὗτος λήψεται εὐλογίαν. Τὸν τοιοῦτον γενόμενον ἀθῷον χερσὶ καὶ καθαρὸν τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπὶ δόλῳ μὴ ὠμοκότα, ὑπισχνεῖται τὰς παρὰ Θεοῦ ληψόμενον δωρεὰς, ἤτοι εὐλογίαν καὶ ἔλεος. C

5. *Hic accipiet benedictionem a Domino*, etc. Ejusmodi hominem qui fuerit innocens manibus, corde mundus, nec cum dolo juraverit, pollicetur a Deo donis remunerandum, scilicet benedictione et misericordia.

Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον. Ἡ τὰ προειρημένα φυλάξασα γενεά φησιν.

6. *Hæc est generatio quærentium Dominum.* Quæ scilicet prius memorata observat

Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν. Οἱ διακονοῦντες τῷ Σωτῆρι ἐπὶ γῆς ἄγγελοι, ἀναλαμβανομένου αὐτοῦ, ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσι δηλοῦσιν ἀνοίγειν τὰς πύλας.

7. *Attollite portas, principes, vestras.* Angeli Salvatoris in terra administri, ipso ascendente, cœlestibus virtutibus denuntiant ut portas aperiant.

[*Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατός.* Ξενίζονται δὲ αἱ δυνάμεις, ὁρῶσαι μετὰ σαρκὸς αὐτὸν ἐμψυχωμένης ψυχῆς νοερᾶς, διὸ καὶ πυνθάνονται.]

[*Dominus fortis et potens.* Stupore afficiuntur potestates, cum vident illum in carne cum anima intelligendi vi prædita ; quæ causa est ut sciscitentur.]

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ; Ἐρωτῶσιν αἱ ἄνω δυνάμεις, τὸ παράδοξον τῆς οἰκονομίας ἐκπληττόμεναι. *Κύριος τῶν δυνάμεων αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.* Μυσταγωγοῦσι τοὺς ἄνω οἱ σὺν αὐτῷ ἀνελθόντες ἄγγελοι τὸ μυστήριον, ὅτι ὁ καταπατήσας τοὺς ἐχθροὺς τοὺς νοητοὺς δηλονότι, αὐτός ἐστιν ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος. D

8. *Quis est iste rex gloriæ ?* Interrogant supernæ virtutes, admirabilitate œconomiæ stupefactæ. *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Qui cum Christo ascenderunt, eos qui in cœlo erant angelos edocent mysterium, quod scilicet qui spirituales hostes conculcavit ipse sit rex gloriæ.

(8) Ambros. addit : Εἴρηται περὶ τούτων ἐν τῷ ιδ' ψαλμῷ.

Digitized by Google

1. *PSALMUS David. XXIV.*

Argumentum.

In præsenti psalmo cujuslibet eorum qui vocati sunt persona inducitur : eorum scilicet qui una electi sunt ut ad spiritualem vitam dirigantur. Hæc porro verba tempore martyrii recitatu opportuna sunt.

Ad te, Domine, levavi animam meam. Ceu jam ab idololatria aversi loquuntur.

3. *Neque irrideant me inimici mei.* Spirituales videlicet.

Adjicit Daniel Barbarus: Exsecrandi et impuri dæmones, diabolus cum impiis hominibus. Hæc autem dicit cum forte prævideat Christi humanitatem (incarnationem), postquam inimicorum risus cessavit.

[Iniquis quasi iniquus factus sum. Hæc enim iniquitas non frustra fuit.]

Etenim universi qui sustinent te, non confundentur. Exemplo eorum qui jam ante in Deo confisi illustres facti sunt, quia fiduciam habet, affirmat futurum esse, ut quod in votis est consequatur. *Confundantur iniqua agentes supervacue.* Hæc de iis loquitur, qui adhuc idolorum cultu detinentur.

[*Confundantur iniqua agentes*, ab iis qui spem suam in Deo posuerunt, atque clari effecti sunt, quia confidebant se posse votum consequi. Qui agunt inique, *supervacue* firmi consistere volunt. Hæc de iis dicuntur, qui adhuc in idolorum cultu persistunt.]

4. *Vias tuas, Domine, demonstra mihi.* Evangelica dogmata ait.

5. *Dirige me in veritate tua.* Hæc ait, ut qui nondum ad veritatem accesserit. *Et doce me, quia tu es Deus salvator meus.* Cum propheta ita oret ac si nondum cognoverit vias Domini, neque edidicerit incedere in semitis ejus; necdum directus sit ad veritatem Dei, nec edoctus de Deo ut salvatore, quis non reformidabit illud : *Væ illis qui sibi sapientes et judicio suo docti sunt* [46] !

Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος. Ποτήριον, φησὶν, ἐστὶν ἐν τῇ τοῦ Κυρίου χειρὶ, εἰς ὃ ἑκάστου ἀνθρώπου τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τοὺς πονηροὺς οἱονεὶ ἐκπιέζων, καὶ τὰ ἀγαθὰ τοῖς πονηροῖς ἀνακιρνῶν, πλῆρες αὐτὸ ἀποτελεῖ. Εἶτα ὧν οὐκ ἐκχεῖται ὁ τρυγίας, τουτέστιν ὧν ἐναπομένουσιν αἱ ἁμαρτίαι, οὗτοι αὐτὸ ἐκπίονται· τουτέστι τοῖς ἰδίοις μεθυσθήσονται·

[81] I Tim. III, 15. [82] Galat. II, 9.

Digitized by Google

κλκοῖς· ὥσπερ ἀμέλει καὶ οἱ ἅγιοι πίονται τὸ ποτήριον τῆς ζωῆς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μετὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου αὐτοῦ φωνήν· *Ἕως οὗ πίω αὐτὸ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μεθ' ὑμῶν.*

A Domino Jesu, secundum ipsius Domini vocem : *Donec bibam illum vobiscum in regno cœlorum* [83].

Ἐγὼ δὲ ἀγαλλιάσομαι εἰς τὸν αἰῶνα, ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Ἐπειδὴ ἂν, φησὶ, τοῦ ποτηρίου μεταλάβω τῆς ζωῆς, εὐφροσύνη μοι γενήσεται ἐξ αὐτοῦ.

10. *Ego autem exsultabo in sæculum, cantabo Deo Jacob.* Cum calici vitæ participavero, tunc mihi lætitia hinc eveniet.

Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω. Εἰ, ταπεινουμένων τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ὕψος αἴρεται τὸ κέρας, δηλονότι καὶ ὑψουμένων ἁγίων, συντριβήσονται τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ κέρατα. Τίνες δὲ ἂν εἶεν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἢ οἱ ἀντικείμενοι τοῖς τοῦ Θεοῦ ἀνθρώποις πονηροὶ δαίμονες; *Καὶ ὑψωθήσεται τὸ κέρας τοῦ δικαίου.* Κέρας μὲν τὴν βασιλείαν φησὶν, ἤτοι τὴν δυναστείαν. Ἐπειδὴ ἂν οὖν, φησὶ, τὴν ἰσχὺν λάβωσιν οἱ δίκαιοι, ἀνῃρημένων δηλαδὴ τῶν πονηρῶν δυνάμεων, τότε δὴ τότε καὶ τοῦ Θεοῦ δειχθήσονται τὰ θαυμάσια. Διὸ καὶ ἀρχόμενος τοῦ ψαλμοῦ ἔλεγεν· *Διηγήσομαι τὰ θαυμάσιά σου, ὅτ' ἂν λάβω καιρόν.*

11. *Et omnia cornua peccatorum confringam.* Si humiliatis sanctis, peccatorum cornu in altum extollitur, sane exaltatis sanctis confringentur cornua peccatorum. Quinam fuerint peccatores, nisi maligni dæmones, hominibus Dei oppositi? *Et exaltabitur cornu justi.* Cornu dicit regnum, sive potentiam. Postquam igitur, ait, justi fortitudinem acceperint, sublatis videlicet malignis potestatibus, tunc Dei mirabilia ostendentur. Quare initio psalmi dixit: *Narrabo mirabilia tua, cum accepero tempus.*

Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Ἀσὰφ, ᾠδὴ πρὸς τὸν Ἀσσύριον. ΟΕ'.

1. *In finem, in laudibus, PSALMUS Asaph, canticum ad Assyrium. LXXV.*

Ὑπόθεσις.

Argumentum.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῆς αὐτῆς ἔχεται ὑποθέσεως τῷ ὀπίσω· καὶ αὐτὸς γὰρ τὰ περὶ τοῦ θείου δικαστηρίου διηγεῖται.

Hic quoque psalmus in eodem versatur argumento quo superior; nam quæ divinum tribunal spectant enarrat.

Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεὸς, καὶ ἐν Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἰουδαίαν ἐνταῦθα καὶ Ἰσραὴλ τὴν ἐγνωκυῖαν τὸν Θεὸν ψυχὴν φησιν· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς Ἰουδαία καὶ ὁ ἀληθὴς Ἰσραήλ.

2. *Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus.* Judæam hic et Israel vocat animam quæ Deum novit : ipsa namque est vera Judæa et verus Israel.

Ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ. Εἰ γὰρ περὶ τῆς ἄνω Ἰουδαίας γέγραπται, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμὸς, δηλονότι εἰρήνης ἔσται τόπος. *Καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών.* Τῇ νοητῇ φησιν, ἤτοι τῇ ἄνω, ἢ τῇ τῶν ἁγίων ψυχῇ.

3. *Factus est in pace locus ejus.* Si enim de superna Judæa dictum est : hinc effugit dolor, tristitia et gemitus; sane pacis locus erit. *Et habitatio ejus in Sion.* In spirituali videlicet, sive superna, aut in sanctorum anima.

[*Ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ.* Τῇ τῶν ἁγίων ψυχῇ. Τὸ Ἑβραϊκὸν *Σαλὴμ* ἔχει, καὶ οἱ λοιποὶ οὕτως ἡρμήνευσαν· ὅ ἐστιν *εἰρήνη*. Ἐν ταύτῃ οὖν ἢ τῇ ψυχῇ, ἢ τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ πεπυρωμένα βέλη, ἃ ὁ πονηρὸς πέμπει, συντρίβονται, ἢ τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ.]

[Factus est in pace locus ejus. In anima sanctorum. Hebraicus textus habet *Salem*, ac reliqui sic interpretati sunt : quod est *pax*. In ista igitur anima, aut in Ecclesia, tela ignea, quæ malignus ille emittit, conteruntur; vel intelligitur in superna Jerusalem.]

Ἐκεῖ συνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων. Σημαίνει διὰ τούτων τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις· αἳ συντρίβονται, ἐπειδὴ ἂν οἱ ἅγιοι τὰς ἐκεῖ λάχωσι κατοικεῖν μονάς.

4. *Ibi confregit potentias arcuum.* Iis significat adversarias potestates, quæ confringuntur postquam sancti id consecuti sunt, ut in illis mansionibus habitent.

Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων. Ὄρη αἰώνια τοὺς οὐρανούς φησι. Φωτίζει δὲ ἡμᾶς ἄνωθεν ὁ Θεὸς, τὸ Πνεῦμα ἡμῖν καταπέμψας ἐξ οὐρανῶν. *Φωτισμὸς σὺ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων ἁλώσεως. Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων θήρας. Φοβερὸς εἶ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων καρπίμων.*

5. *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis.* Montes æternos dicit cœlos. Illuminat autem nos Dominus, quando mittit Spiritum de cœlis. *Illuminatio tu es perquam maxima, a montibus venationis. Illuminas tu mirabiliter a montibus venationis. Terribilis es mirabiliter a montibus fructuosis.*

[*Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων.* Ἐκεῖθεν καταπέμπει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων· τὴν Σιὼν λέγει, ἀφ' ἧς ᾤοντο τὸν Θεὸν ὁρμώμενον ταῦτα ποιεῖν· οὗ καὶ ναὸς αὐτῷ ᾠκοδόμητο.]

[*Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis.* Inde emittit Spiritum sanctum, scilicet a montibus æternis : Sion dicit, ex qua putabant Deum profectum talia patrare : ubi etiam templum ipsi constructum fuerat.

[83] Matth. xxvi, 29.

Digitized by Google

6. *Turbati sunt omnes insipientes corde.* Qui non receperunt illuminationem quæ per Spiritum datur, in perturbatione et agitatione versabuntur, cum divinum tribunal apparebit. *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt.* Negligentiæ et segnitiei dediti in vita, tempore divini judicii nihil invenerunt manibus suis retinentes, qui olim in mortali vita divites erant : quomodo enim invenire possent quæ non operati sunt? *Omnes viri divitiarum in manibus suis.* Symmachus sic habet : *Omnes viri fortes manibus suis.* Nihil, inquit, profuit illis fortitudo manuum, quibus se omnium divitias direpturos sperabant. Et docens quæ causa fuerit quod nihil lucri habuerint, subjungit:

A Ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. Οἱ μὴ δεξάμενοι τὸν φωτισμὸν τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος, ἐν ταράχῳ καὶ σάλῳ γενήσονται, τοῦ θείου ἐπιφανέντος δικαστηρίου. Ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν. Ἀμελείᾳ, φησὶ, καὶ ῥᾳθυμίᾳ παραδεδωκότες τὸν βίον κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θείας κρίσεως, ὡς οὐδὲν εὗρον ἑαυτοὺς εἰς τὰς χεῖρας κατέχοντας, οἱ πάλαι ἐν τῷ θνητῷ βίῳ πλούσιοι. Πῶς γὰρ καὶ εἶχον εὑρεῖν ἃ οὐκ εἰργάσαντο; *Πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου χερσὶν αὐτῶν.* Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ἰσχυροὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν.* Οὐδὲν αὐτοὺς, φησὶν, ὤνησε τῶν χειρῶν ἡ ῥώμη, δι' ἧς τῶν ἁπάντων ἁρπάσειν προσεδόκησαν πλοῦτον. Καὶ διδάσκων τί δήποτε οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπώναντο, ἐπήγαγεν·

7. *Ab increpatione tua, Deus Jacob, dormitaverunt qui ascenderunt equos.* Lato, inquit, adversus eos justo judicio, quasi somno et veterno traditi sunt, id est excitare se non potuerunt. Quinam autem illi sunt, nisi qui ascenderunt equos? Equos autem divina Scriptura pro more vocat eos qui effrenate ad voluptates declinant; juxta illud: *Equi effeminati facti sunt. Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat* [84].

B Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις. Ἐξενεχθείσης, φησὶ, τῆς κατ' αὐτῶν δικαίας ψήφου, οἱονεὶ ὕπνῳ καὶ κάρῳ παραδέδονται· τουτέστιν ἀνανεύειν οὐκ ἴσχυσαν. Τίνες δὲ οὗτοι ἢ οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις; Ἵππους δὲ ἡ θεία Γραφὴ ἐξ ἔθους καλεῖ τοὺς ἀσχέτως ἐκκεκλικότας πρὸς ἡδονάς· κατὰ τὸ, *Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν· ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζεν.*

8. *Tu terribilis es, et quis resistet tibi?* Si enim, inquit, clauserit contra hominem, quis aperiet [85]? juxta Isaiæ vocem.

Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι; Ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; κατὰ τὴν Ἡσαΐου φωνήν.

9. *De cœlo auditum fecisti judicium.* Nullus, inquit, erit eis defensionis locus cum punientur : prænuntiavit enim illis quæ divinum tribunal spectant. *Terra tremuit, et quievit.* Terram hic vocat totam hominum naturam, quæ tunc reformidabit. Nemo enim tunc erit quin pertimescat, illa instante die.

C Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν. Οὐδεμίαν, φησὶν, ἀπολογίαν ἕξουσι κολαζόμενοι· προεκήρυξε γὰρ αὐτοῖς τὰ περὶ τοῦ θείου δικαστηρίου. *Γῆ ἐφοβήθη, καὶ ἡσύχασε.* Γῆν ἐνταῦθα πᾶσαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν φησὶν, ἣ καὶ δειλιάσει τότε. Οὐδεὶς γὰρ ἔσται τότε ὃς οὐ φοβηθείη, ἐκείνης ἐπιστάσης τῆς ἡμέρας.

[Cum enim, inquit, Deus sis cœlestis, judicasti et judicium fecisti manifestum, ultus inimicos Jerosolymæ.]

[Οὐράνιος γὰρ, φησὶ, Θεὸς ὢν, ἔκρινας, καὶ τὴν κρίσιν ἐποίησας ἐνδηλον, τιμωρήσας τοὺς πολεμίους τῆς Ἱερουσαλήμ.]

10. *Cum exsurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.* Divinum, inquit, tribunal mansuetis salutem tribuet : quemadmodum revera supplicia dabit peccatoribus.

Εἰς τὸ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεὸν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς. Τὸ θεῖον, φησὶ, δικαστήριον τοῖς πραέσιν ἀποδώσει τὴν σωτηρίαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὰς κολάσεις ἀποδίδωσιν.

11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.* Sistemur ante horrendum illud tribunal, non solum de iis quæ fecimus, sed etiam de iis quæ cogitavimus, rationem daturi. *Et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Reliquiæ cogitationis sunt purificata cogitatio, in eo quod residuum erit per electionem gratiæ. Si igitur illo tempore pura deprehendatur cogitatio esse, tunc festivitatis tuæ particeps erit.

D Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. Παραστησόμεθα ἐν ἐκείνῳ τῷ φοβερῷ βήματι, οὐ μόνον ὧν ἐπράξαμεν, ἀλλὰ καὶ ὧν βεβουλεύμεθα εὐθύνας ἀπαιτούμενοι. *Καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι.* Ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ὁ κεκαθαρμένος ἐστὶ λογισμὸς, κατὰ τὸ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος. Ἐπειδὴ ἂν οὖν, φησὶν, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ καθαρὸς εὑρέθη λογισμὸς, τότε δὴ τότε καὶ τῆς σῆς μεταλάβοι ἑορτῆς.

[*Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.* Quoniam omnis lingua, omnis cogitatio, omne ratiocinium confitebitur Domino in tempore judicii, quando etiam occulta in publicum proferentur.]

[Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. Ὅτι πᾶσα γλῶσσα, καὶ πᾶς λογισμὸς καὶ ἐνθύμημα ἐξομολογήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ, ὅτε καὶ τὰ κρυπτὰ θριαμβεύονται.]

12. *Vovete et reddite Domino Deo vestro.* Ad cohortationem sermo convertitur. Quoniam, inquit,

Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. Ἐπὶ παραίνεσιν ὁ λόγος τρέπεται. Ἐπειδὴ τὰ εἰρη-

[84] Jerem. v, 8. [85] Isa. xxii, 22.

Digitized by Google

μένα, φησὶν, ἔσται ἐν τῷ θείῳ δικαστηρίῳ, τούτου χάριν ἕως ἐστὲ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, εὔξασθε τῷ Κυρίῳ ἀγαθῶν ἔργων εἶναι ἐπιμεληταὶ, καὶ τούτων μὴ βραδύνητε ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. Κομιοῦσι δὲ τὰ δῶρα, ὑπὸ τῶν γεγενημένων ἐκδειματωθέντες θαυμάτων.

A ea quæ supra diximus in divino tribunali contingent, ideo, dum in præsenti vita estis, vovete Domino, vos de bonis operibus deinceps edendis curaturos, et ne tardetis ea vota implere. Afferent autem munera, perterriti de mirabilibus editis.

Τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων. Ἐπαγγείλασθε, φησὶν, ἀγαθοεργεῖν, εἰδότες, ὡς δεῖ ὑμᾶς ἐν ἐκείνῳ γενομένους τῷ τόπῳ, οἱονεὶ δῶρα τὰς ἑαυτῶν πράξεις προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ. Οὕτως δὲ ὁ Θεὸς φοβερός ἐστιν, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν πάλαι ἀρξάντων καὶ γενομένων πονηρῶν τὸ πνεῦμα ἀφαιρεθήσεται. Ἐν γὰρ ἐκείνῳ τῷ θείῳ καὶ φοβερῷ βήματι ἐξ ἑκάστου τῶν ἡμαρτηκότων ἀφαιρεῖται τὸ δοθὲν διὰ τοῦ βαπτίσματος. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ὁ Κύριος ἔλεγε· *Διχοτομήσει τὸν δοῦλον τὸν πονηρὸν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.*

13. *Terribili et ei qui aufert spiritum principum.* Promittite, inquit, vos bona opera edituros, gnari oportere vos in illo loco constitutos, quasi dona opera vestra offerre Deo. Hic autem Deus terribilis est. Itaque ab iis qui olim imperarunt et improbi fuerunt spiritus auferetur. In divino namque ac terribili illo tribunali a singulis peccatoribus auferetur spiritus per baptismum datus. Et illud est quod Dominus dicebat : *Exscindet servum improbum dominus ejus quando venerit, et portionem ejus post infidelem ponet* [86].

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Ἰδιθούμ, ΨΑΛΜΟΣ τῷ Ἀσάφ. ΟΣ'.

Ὑπόθεσις.

1. *In finem, pro Idithum, PSALMUS Asaph. LXXVI.*

Argumentum.

Ἀκούσας Ἰδιθοὺμ τὰ λεγόμενα περὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἑβραίων· ταῦτα δὲ ἦν τάδε· *Ἵνα τί ὁ Θεὸς ἀπώσω εἰς τέλος;* ὑπερήλγει καὶ ἐταράττετο, τὴν παντελῆ αὐτῶν ἀποβολὴν θρηνῶν. Εἶτα συντίθησιν αὐτῷ ὁ Ἀσὰφ ψαλμὸν, διδάσκων αὐτὸν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τούτων πράγμασι πρὸς μόνον τὸν Θεὸν καταφεύγειν δεῖ, κἀκεῖθεν τὴν παραμυθίαν εὑρίσκεσθαι· διὸ καὶ ἀρχόμενός φησι·

Cum audisset Idithum quæ dicebantur de populo Hebræorum, quæ isthæc erant : *Utquid Deus repulisti in finem ?* summopere dolebat et turbabatur, lugens quod omnino abjecti fugissent. Tum in ejus gratiam Asaph psalmum edit, docens illum, in ejusmodi negotiis ad Deum esse confugiendum, atque inde consolationem mutuari oportere : quare sic orditur :

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ προσέσχε μοι. Διδάσκει ἀρχόμενος τοῦ ψαλμοῦ τῷ Ἰδιθούμ, ὡς ἐγγὺς Κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν.

2. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum, et intendit mihi.* Psalmum ordiens docet Idithum, quod prope sit Dominus invocantibus eum.

Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου τὸν Θεὸν ἐξεζήτησα ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠπατήθην. Τοσαύτη, φησὶ, περιέκλυσε θλῖψις τὴν ψυχήν μου, ὡς οὐ μόνον μεθ' ἡμέραν τὰς ἱκετείας ποιεῖσθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῶν νυκτῶν καταναλίσκειν εἰς προσευχάς. Ἀλλὰ ταῦτα πράττων, οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐκ εἰς κενὸν ἐκοπίασα· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *Οὐκ ἠπατήθην.*

3. *In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus.* Tanta, inquit, tribulatio demersit animam meam ut non solum die supplicationes offerrem, sed et ipsum noctium tempus in precibus insumerem. Verum hæc agens non cucurri in vanum, non frustra laboravi : atque id sibi vult illud : *Non sum deceptus.*

Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου, ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην. Ἀνθρώπων μὲν παραμυθίας, φησὶν, οὐδὲ μιᾶς ἠνεσχόμην· μόνη δέ μοι ἡ τοῦ Θεοῦ μνήμη εὐφροσύνη καρδίας ἐγένετο. *Ἠδολέσχησα, καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μου.* Ὅτε, φησὶ, λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἐχρώμην· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *Ἠδολέσχησα*, τότε δὴ τότε καὶ εἰς ὀλιγωρίαν κατεφερόμην.

4. *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, et delectatus sum.* Nullas, inquit, hominum consolationes admittebam : sed sola Dei memoria lætitia cordis erat mihi. *Exercitatus sum, et defecit spiritus meus.* Cum humanis, inquit, utebar ratiociniis ; id enim significat illud : *Exercitatus sum*, tunc in defectionem animi dejectus sum.

Προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου, ἐταράχθην καὶ οὐκ ἐλάλησα. Τοῦτο γὰρ, φησὶ, ταράττεσθαι ποιεῖ τῶν ἐχθρῶν προκαταλαβόντων τῶν ἡμετέρων φυλακῶν τοὺς τόπους· τουτέστι τῶν τειχῶν τὰς ἐπάλξεις.

5. *Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus sum et non sum locutus.* Hoc nos, inquit, in perturbationem conjicit, quod inimici custodiarum nostrarum loca occupent, id est, murorum propugnacula.

Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας. Ἐκεῖνα, φησὶν, ἐνενόουν κατ' ἐμαυτὸν, καὶ ἐταραττόμην πῶς πάλαι μὲν ὁ Θεὸς ἐβοήθει τῷ λαῷ, νυνὶ δὲ ἀπώτατο. Καὶ

6. *Cogitavi dies antiquos.* Illa, inquit, mecum cogitabam, et turbabar perpendens quo pacto Deus olim populo auxiliaretur, nunc autem repulerit.

[86] Luc. XII, 46.

Digitized by Google

Et hoc me in anxietatem animi conjiciebat: ne forte in perpetuum deserti forent. Reminiscebar illorum dierum antiquorum.

11. *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* Dum mecum versarem, inquit, cogitationes illas de populi abjectione, sero tandem intellexi, mutationem illam a bonis ad mala, quæ populo contigit, ob nihil aliud evenisse, nisi propter Altissimi dexteram. Quasi apertius diceret: Propter ea quæ contra Salvatorem Christum, qui est dextera Patris, facta sunt.

12. *Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.* Cogitavi, inquit, quanta ipsis bona tribuerit, et qualia vicissim intulerint ei mala.

13. *Et meditabor in omnibus operibus tuis.* Etsi enim illi ita se gesserint, at ego ea quæ ab initio nobis contulisti beneficia ad finem usque recensebo: id est, nullum ex nobis collatis bonis oblivioni tradam.

14. *Deus, in sancto via tua.* Sanctum vocat aut sanctificatum apostolorum chorum, quicum stupenda illa et divina signa edebat; aut quia nemo potest venire ad Patrem nisi per Christum, qui revera sanctus est, utpote Deus. *Quis Deus magnus sicut Deus noster?* Omnibus antecellis, o Domine: solus enim quæ vis *mirabilia* operaris.

16. *Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob et Joseph.* Ipsis enim primis prædicavit Evangelium regni cœlorum. Brachium Domini, id est Christus.

17. *Viderunt te aquæ, Deus, et timuerunt.* Et quandonam aquæ videntes timuerunt, nisi quando mare increpavit et obmutuit?

18. *Vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt.* Nubes hic vocat sanctos apostolos, qui cœlestem et evangelicum sermonem administrant. Sagittas autem vocat operationes sancti Spiritus. Perinde igitur est ac si diceret: Operationes in discipulis tuis editæ, per totum orbem auditæ sunt. Sciendum autem ipsum Christum sagittam electam apud Isaiam prophetam nuncupatum fuisse [87]. *Vox tonitrui tui in rota.* Tonitru dicit evangelicum sermonem, qui per totum orbem vehementer insonuit. Quamobrem evangelistam, filium tonitrui appellavit [88]. Rotam autem dicit hominum vitam, ut ex Ezechiele ediscere est [89]. Perinde itaque est ac si diceret: Sermo tuus evangelicus toti hominum generi traditus est. *Illuxerunt fulgura tua orbi terræ.* Ecquænam fulgura fuerint, nisi ea quæ spirituali nos lumine illustrant, sancti scilicet apostoli et evangelistæ? quibus Salvator dixit: *Vos estis lux mundi* [90]. *Commota est et contremuit terra.* Quasi dicat, Audita est ab omnibus orbem incolentibus salutaris prædicatio, per quam castus timor omnes occupavit, juxta illud: *Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore* [91].

A τουτό μοι την ἀθυμίαν ἐκίνει, τὸ μὴ ἄρα εἰς τὸ διηνεκὲς αὐτῶν ἡ ἀποστροφὴ γένηται. Ὑπεμιμνησκόμην ἐκείνων τῶν παλαιῶν ἡμερῶν.

Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Κινῶν, φησί, τοὺς περὶ τῆς ἀποβολῆς τοῦ ἔθνους λογισμούς, ὀψέ ποτε συνῆκα, ὡς ἡ μεταβολὴ αὕτη ἡ ἐξ ἀγαθῶν εἰς κακὰ γεγενημένη τῷ ἔθνει δι' οὐδὲν ἕτερον γεγένηται ἢ διὰ τὴν τοῦ Ὑψίστου δεξιάν. Ὡς εἰ σαφέστερον ἔλεγεν· Διὰ τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ πεπραγμένα, ὅς ἐστι δεξιὰ τοῦ Πατρός.

Ὅτι μνησθησομαι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν θαυμασίων σου. Ἐνενόησα, φησίν, ὅσα αὐτὸς αὐτοῖς ἐνεδείξατο ἀγαθὰ, οἷα δὲ αὐτῷ ἀνταπέδωκαν κακά.

B *Καὶ μελετήσω ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου.* Εἰ καὶ οὗτως, φησίν, ἐκεῖνοι, ἀλλ' ἐγὼ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὧν εἰς ἡμᾶς ἤρξω εὐεργεσιῶν, μέχρι τέλους διεξέλθοιμι· τουτέστιν, οὐδὲν τῶν ἐν ἡμῖν γεγενημένων καλῶν λήθῃ παραδῶ.

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου. Ἅγιόν φησιν ἢ τὸν ἡγιασμένον τῶν ἀποστόλων χορὸν, μεθ' ὃν ἦν ἐπιτελῶν τὰς παραδόξους θεοσημείας· ἢ ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ διὰ Χριστοῦ, ὅς ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ἅγιος ὡς Θεός. *Τίς Θεὸς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν;* Πάντων ὑπερέχεις, Δέσποτα μόνος γὰρ ἅπερ θέλεις *θαυματουργεῖς*.

Ἐλυτρώσω ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου, τοὺς υἱοὺς Ἰακὼβ καὶ Ἰωσήφ. Αὐτοῖς γὰρ πρώτοις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρα-
C νῶν. Ὁ βραχίων Κυρίου, τουτέστιν ὁ Χριστός.

Εἶδόσάν σε ὕδατα, ὁ Θεὸς, καὶ ἐφοβήθησαν. Καὶ πότε αὐτὸν ἰδόντα ἐφοβήθη τὰ ὕδατα, ἢ ὅτε ἐπετίμησε τῇ θαλάσσῃ καὶ πεφίμωτο;

Φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι. Καὶ γὰρ τὰ βέλη σου διαπορεύονται. Νεφέλας ἐν τούτοις τοὺς ἁγίους ἀποστόλους φησὶ τοὺς τὸν οὐράνιον καὶ εὐαγγελικὸν διακονοῦντας λόγον· βέλη δὲ τὰς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὅμοιον οὖν ὡσεὶ λέγοιεν· Αἱ ἐνέργειαι αἱ εἰς τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς ἐξάκουστοι πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ γεγόνασιν. Ἰστέον δὲ, ὡς καὶ αὐτὸς βέλος ἐκλεκτὸν παρὰ τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ ὠνόμασται. *Φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ.* Βροντὴν τὸν εὐαγγελικὸν λόγον φησὶ, τὸν κατακτυπήσαντα τὴν ὑπ'
D οὐρανόν. Διὸ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν υἱὸν ἀπεκάλεσε βροντῆς. Τροχὸν δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸν βίον φησίν· ὡς καὶ ἐκ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ἔστι μαθεῖν. Ὅμοιον οὖν ὡσεὶ λέγοι· Ὁ λόγος σου ὁ εὐαγγελικὸς παντὶ διαδέδοται ἀνθρωπίνῳ γένει. *Ἐφανὰν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ.* Καὶ τίνες ἂν εἶεν αἱ ἀστραπαὶ ἢ αἱ τὸ νοητὸν ἡμῖν ἀστράπτουσαι φῶς, οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταί; οἷς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου.* *Ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ.* Ἀντὶ τοῦ, Ἐξάκουστον τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν γέγονε τὸ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ καὶ φόβος ἁγνὸς πάντας ἔλαβε, κατὰ τό· *Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ.*

[87] Isa. xlix, 2. [88] Marc. iii, 17. [89] Ezech. i, 20. [90] Matth. v, 14. [91] Psal. ii, 11.

Digitized by Google

Ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁδός σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς. Θάλασσαν μὲν τὸν κόσμον, ὕδατα δὲ πολλὰ τὰ ἐν αὐτῷ διάφορα τῶν ἀνθρώπων γένη. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Χριστὸς ἐνετείλατο λέγων τοῖς ἀποστόλοις· *Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* καὶ, *Ἰδοὺ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας·* διέδραμον δὲ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἐκήρυξαν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, συνόντος αὐτοῖς ἀοράτως ὁηλονότι τοῦ Κυρίου, κατὰ τὰς ἀψευδεῖς αὐτοῦ ἐπαγγελίας· τούτου χάριν ἐπήγαγε· *Καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται,* διὰ τὸ ἀόρατον τῆς μετ' αὐτῶν πορείας τοῦ Κυρίου. Πλὴν καὶ μόνος αὐτὸς ὡς Θεὸς ἐποιήσατο ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς θαλάσσης τὴν πορείαν, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστής. A

Ὡδήγησας ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου. Καὶ ὥσπερ πρόβατα οὐκ εἰδότα ὅποι τε ἄπεισι καὶ ὅποι πορεύεται, οὕτως ἡμᾶς αὐτὸς διῆγες, ὑπηρέταις πρὸς τοῦτο τοῖς περὶ τὸν Μωϋσέα καὶ Ἀαρὼν κεχρημένος. Πάντα μέντοι ἀπὸ τοῦ· *Ἐμνήσθην τῶν ἔργων Κυρίου,* ἀπέδωκε πρὸς τό· *Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην.* Τούτων γὰρ, φησὶν, ὑπομιμνησκόμενος, παρεκαλούμην τὴν διάνοιαν καὶ εὐφραινόμην. Ἐννοῶν γὰρ ὅσα τε καὶ οἷα ἡμῖν ὑπῆρξε τῇ σῇ βοηθείᾳ, ἐπειθόμην, ὡς οὐκ ἄν ποτε τοσαῦτα πεποιηκὼς ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ καὶ τῇ τῶν κατεχόντων τότε ἀπαλλαγῇ, νῦν ἀνάσχοιο πάντη ὑπεριδεῖν ἡμᾶς ἐν δουλείᾳ τε ὄντας καὶ αἰχμαλωσίᾳ καὶ συμφορᾷ. *Ἐν χειρὶ Μωϋσῇ καὶ Ἀαρών.* Σὺ αὐτὸς, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ὁ μετὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνών, καὶ πάλαι ποτὲ διὰ Μωϋσέως ἐξήγαγες ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαόν σου, στρατηγοῦντος Μωϋσέως καὶ Ἀαρών. B C

Συνέσεως τῷ Ἀσάφ. ΨΑΛΜΟΣ. ΟΖ'.

Ὑπόθεσις.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν Ἀσὰφ, τῷ νέῳ λαῷ παραινῶν τῷ νόμῳ προσέχειν τῷ εὐαγγελικῷ, τοῦ τε παλαιοῦ ἐκείνου τῶν Ἰουδαίων δήμου κατηγορῶν, δι' οὗ πολλὰ εὐεργετημένοι, οὐδενὸς ἐμνημόνευσαν, μᾶλλον δὲ καὶ εἰς τοὐναντίον ἔτρεψαν τὰς εὐχαριστίας, ἀχαριστίᾳ τὸν εὐεργέτην ἀμειβόμενοι.

Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου. Καὶ ποίῳ λαῷ ἢ τῷ ἐξ ἐθνῶν παραινεῖ; Καὶ ποίῳ νόμῳ προσέχειν παρακελεύεται ἢ τῷ εὐαγγελικῷ; Ὅτι δὲ λαὸς αὐτοῦ τὰ ἔθνη, ὁ προφήτης Ζαχαρίας φησί· *Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. Κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν πρὸς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου.* Προθύμως γὰρ, φησὶ, τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων ἀκούσατε. D

Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. Σαφῶς τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς ἡρμήνευσε πληρωθὲν, ὅτε τὰς πολλὰς παραβολὰς εἶπεν ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις.

Καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν. Ὅσα παρὰ τῶν πατέρων, φησὶ, δεδιδάγμεθα ἀκούσαντες, πάντα ταῦτα διὰ τῶν ἔργων καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἐγνώκαμεν.

Οὐκ ἐκρύβη ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἑτέραν. Οὐχ ἑτέρᾳ, φησὶ, γενεᾷ, ἀλλὰ τοῖς τέκνοις

20. *In mari via tua et semitæ tuæ in aquis multis.* Mare vocat mundum, aquas autem multas, diversa in eo hominum genera. Quoniam autem Christus præcepit apostolis dicens [92]: *Euntes docete omnes gentes;* et, *Ecce vobiscum sum omnibus diebus;* ipsi vero totum orbem percurrerunt, et prædicaverunt omnibus gentibus, Domino invisibiliter, secundum veraces suas promissiones, ipsis assistente; ideo intulit: *Et vestigia tua non cognoscentur,* ob invisibilem Domini progressum cum eis. Cæterum ipse solus, utpote Deus, viam fecit in mari sensibili, ut ait evangelista.

21. *Deduxisti sicut oves populum tuum.* Quemadmodum oves quæ nesciunt quo vadant et ubi incedant, sic nos ipse deduxisti, administris ad hæc usus Moyse et Aarone. Omnia itaque ab his verbis: *Memor fui operum Domini,* refert ad illud: *Memor fui Dei, et delectatus sum.* Horum, inquit, recordatus, consolatio mihi et lætitia fuit. Cum enim mecum reputarem quanta et qualia nobis per auxilium tuum obvenerint, confidebam nunquam futurum esse, ut postquam pro nostra salute et pro liberatione eorum qui olim detinebantur tanta effecisti, nunc feras ut despicias nos in servitute, captivitate et calamitate consistentes. *In manu Moysi et Aaron.* Tu ipse, inquit, Domine, qui una cum sanctis apostolis es, olim per Moysen eduxisti populum tuum ex Ægypto, ducibus Moyse et Aarone.

Intellectus Asaph. PSALMUS. LXXVII.

Argumentum.

Hunc canit psalmum Asaph, novum populum admonens, ut evangelicæ legi attendat; populumque illum antiquum Judaicum accusat, quod multis acceptis beneficiis, nullius memores fuerint, sed contra loco gratiarum actionis, ingratitudine beneficum remunerarint.

1. *Attendite, populo meus, legem meam.* Ecquem populum cohortatur, nisi qui ex gentibus est? Eccui legi attendere jubet nisi evangelicæ? Quod autem gentes sint populus ejus, id ait propheta Zacharias: *Et confugient gentes multæ ad Dominum, et erunt ipsi in populum* [93]. *Inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Alacriter, inquit, verba mea audite.

2. *Aperiam in parabolis os meum.* Hoc aperte evangelista explicavit ut impletum [94], quando multas parabolas dixit Dominus in Evangeliis.

3. *Et patres nostri narraverunt nobis.* Quotquot, inquit, a patribus edidicimus, hæc omnia per opera et per ejus adventum novimus.

4. *Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera.* Non pro altera, inquit, generatione

[92] Matth. xxviii, 19, 20. [93] Zach. ii, 12. [94] Matth. xiii, 36.

Digitized by Google

sed pro filiis eorum omnia Salvatoris mirabilia opera patrata sunt: quare non cessarunt ipsis *narrantes laudes Domini et virtutes ejus.*

5. *Et legem posuit in Israel.* Legem, inquit, dedit patribus eorum, et tabernaculum testimonii, instituens eos ut per legem cognoscerent Salvatorem, qui in tempore ad genus hominum advenit.

6. *Filii qui nascentur.* His significat sanctos Salvatoris discipulos, qui mirabilia per Christum edita aliis suis annuntiant; id est, iis qui ipsorum opera ad fidem accedunt.

7. *Et non obliviscantur operum Dei.* Hæc ipsis enarrabunt, ex quibus solis poterunt Deum sibi spem ascribere.

8. *Ne fiant sicut patres eorum.* Annuntiabunt, inquit, apostoli laudes Dei iis qui per ipsum instituti sunt: ut exquirant Dei mandata, et ne patrum suorum infelicitatem imitentur. Illa namque generatio cor rectum non habuit erga Deum, neque fidem habuit cum Deo spiritus ejus. *Generatio quæ non direxit cor suum.* Illi namque spem in Deo firmam non habuerunt, quia noluerunt rectam ingredi viam; sed sententiam habuere divinis adversantem legibus.

9. *Filii Ephraim intendentes et mittentes arcubus.* Per solam tribum Ephraim totum populum Israel a Juda segregatum et divisum significavit. Ipsi enim et vitulos erexerunt, et a legali cultu desciverunt. Postquam ante tetigerat patrum malignitatem, jam eorum improbitatem ex integro recenset, atque bonorum copiam a Deo illis concessam; eorum erga Deum infidelitatem, denique perniciem quæ his de causis illos excepit. Ut iis instituti, malum zelum effugerent. Dicit autem filios Ephraim, id est totum Israelem, qui didicerunt cum malignis dæmonibus pugnare, atque ad eam rem in modum arcus adornati erant, ipso pugnæ tempore mutasse sententiam, atque Dominum et Deum negasse, ut voluntate ad Barabbam, id est ad Satanam, declinarent.

10. *Non custodierunt testamentum Dei.* Novam Evangelii traditionem dicit, atque illud: *Ecce dies venit, et disponam cum eis testamentum novum* [95]. Causa autem hic redditur, quia illud non custodientes, quod est nova lex Dei, *conversi sunt in die belli.* Non enim credebant ei dicenti: *Ego ex Patre exivi et venio* [96]. Cum enim par fuisset adversus eos pugnare qui contra Deum bellum gerent, illi adversus Deum bellum moverunt.

11. *Et obliti sunt benefactorum ejus.* Licet enim multa beneficia acceperint, omnia a memoria sua abjecerunt. Et ejusce rei argumentum illud est, quod cum tradiderint Pilato. Obliti sunt quomodo

αὐτῶν πάντα πέπρακται τὰ παρὰ τοῦ Σωτῆρος μεγαλουργήματα· διὸ οὐκ ἐπαύσαντο αὐτοῖς *προαγγέλλοντες τὰς αἰνέσεις τοῦ Κυρίου καὶ τὰς δυναστείας αὐτοῦ.*

Καὶ νόμον ἔθετο ἐν Ἰσραήλ. Νόμον, φησὶν, ἔδωκε τοῖς πατράσιν αὐτῶν, καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, παιδαγωγῶν αὐτοὺς εἰς τὸ γνῶναι διὰ τοῦ νόμου τὸν κατὰ καιροὺς ἐπιδημήσαντα Σωτῆρα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων.

Υἱοὶ τεχθησόμενοι. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τοὺς ἁγίους τοῦ Σωτῆρος μαθητὰς, οἵτινες τὰ θαυμάσια ἃ κατώρθωσεν ὁ Χριστὸς, τοῖς υἱοῖς αὐτῶν ἀπαγγέλλουσι· τουτέστι τοῖς προσελθοῦσι δι' αὐτῶν τῇ πίστει.

Καὶ μὴ ἐπιλάθωνται τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα διηγήσονται αὐτοῖς, δι' ὧν δυνήσονται μόνον ἐλπίδα τὸν Θεὸν ἐπιγράψασθαι.

Ἵνα μὴ γένωνται ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν. Ἀπαγγελοῦσι, φησὶ, τὰς αἰνέσεις τοῦ Θεοῦ τοῖς δι' αὐτοῦ παιδαγωγουμένοις οἱ ἀπόστολοι· ἵνα καὶ ἐκζητήσωσι τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς, καὶ μὴ τὴν τῶν πατέρων κακοδαιμονίαν μιμήσωνται. Ἐκείνη γὰρ, φησὶν, ἡ γενεὰ οὐκ ἔσχεν εὐθῆ τὴν καρδίαν πρὸς Θεὸν, οὐδὲ πίστιν ἔσχε τὸ πνεῦμα αὐτῆς μετὰ τοῦ Θεοῦ. *Γενεὰ ἥτις οὐ κατεύθυνε τὴν καρδίαν αὐτῆς.* Ἐκεῖνοι γὰρ βεβαίαν τὴν εἰς τὸν Θεὸν οὐκ ἐκτήσαντο πίστιν, τὴν εὐθεῖαν οὐκ ἐθελήσαντες πορείαν ὁδεῦσαι, ἀλλὰ γνώμην ἐσχηκότες τοῖς θείοις ἐναντιουμένην θεσμοῖς.

Υἱοὶ Ἐφραὶμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξοις. Ἀπὸ μόνης τῆς φυλῆς τοῦ Ἐφραὶμ ὅλον τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ τὸν ἀποσχισθέντα τοῦ Ἰούδα ἐδήλωσεν. Οὗτοι γὰρ καὶ τὰς δαμάλεις ἔστησαν, καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἀπέστησαν. Ἀψάμενος τῆς τῶν πατέρων πονηρίας, ἐφεξῆς καταλέγει πᾶσαν τὴν κακίαν αὐτῶν, τήν τε παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτοὺς ἀγαθῶν δαψίλειαν, τήν τε πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῶν ἀπιστίαν, τόν τε διαδεξάμενον αὐτοὺς διὰ ταῦτα ὄλεθρον· ἵνα διὰ τούτων παιδαγωγηθέντες, τὸν πονηρὸν φύγωσι ζῆλον. Λέγει δὲ, ὡς οἱ τοῦ Ἐφραὶμ υἱοὶ, τουτέστιν ἅπας Ἰσραὴλ, οἱ δεδιδαγμένοι τοῖς πονηροῖς μάχεσθαι δαίμοσι, καὶ εἰς τοῦτο ὥσπερ τόξον κατασκευασθέντες, παρ' αὐτὸν τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν μετεβλήθησαν, τὸν μὲν Δεσπότην καὶ Θεὸν ἀρνησάμενοι, προσκλίναντες ἑαυτοὺς τῷ Βαραββᾶ, τουτέστι τῷ Σατανᾷ.

Οὐκ ἐφύλαξαν τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ. Τὴν καινὴν τοῦ Εὐαγγελίου παράδοσίν φησι, καὶ τό· *Ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται, καὶ διαθήσομαι αὐτοῖς διαθήκην καινήν.* Αἰτίας δέ ἐστιν ἀπόδοσις, ὅτι, ταύτην μὴ φυλάξαντες, ἥτις ἐστὶ καινὸς νόμος τοῦ Θεοῦ, *ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου.* Οὐ γὰρ ἐπίστευον αὐτῷ λέγοντι· *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω.* Δέον γὰρ βάλλειν καὶ πολεμεῖν τοὺς Θεῷ πολεμοῦντας· οἱ δὲ κατὰ Θεοῦ ἦραντο πόλεμον.

Καὶ ἐπελάθοντο τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ. Καίτοι, φησὶ, πολλὰ εὐεργετηθέντες, πάντα ἀπὸ τῆς μνήμης ἀνερρίπισαν. Καὶ τούτου ἀπόδειξις τὸ παραδοῦναι Πιλάτῳ. Ἐπελάθοντο τὸ πῶς διῆλθεν εὐεργετῶν αὐ-

[95] Baruch II, 35. [96] Joan. XVI, 27.

Digitized by Google

τοὺς πάντας, καὶ ἰώμενος τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

Ἐναντίον τῶν πατέρων αὐτῶν ἃ ἐποίησε θαυμάσια. Οὕτω, φησὶ, τῶν εὐεργεσιῶν καὶ τῶν θαυμασίων ἐπελάθοντο τοῦ Χριστοῦ, ὥσπερ ἀμέλει καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ γεγενημένων, ὅτε αὐτοὺς ἠλευθέρου ὁ Θεός. Τοιοῦτον γάρ τι ἔοικεν ὑποσημαίνειν τὸ, *Ἐναντίον τῶν πατέρων αὐτῶν*· ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγεν· Ὁμοιότροποι τῷ ζήλῳ τῶν πατέρων αὐτῶν γεγόνασι τῷ πονηρῷ· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι ἐπελάθοντο τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ οὗτοι.

Διέῤῥηξε θάλασσαν, καὶ διήγαγεν αὐτούς. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ θάλασσαν διελὼν ἅπαντας διεβίβασεν. Ἐντεῦθεν ἄρχεται τὰ ἐπὶ τῆς προτέρας λυτρώσεως διηγεῖσθαι θαυμάσια. Καταδιαιρεθείσης γὰρ εἰς διαιρέσεις πολλὰς τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ τῶν ὑδάτων διοριζομένων καὶ ἐξ ἑκάστου μέρους μετεωριζομένων, καὶ αἰρομένων εἰς ὕψος, *ὥσπερ ἐν ἀσκῷ* τινι συνέκλεισεν αὐτὰ θείᾳ τινὶ δυνάμει, ὅπως μὴ διαχεόμενα ἐπικλύσῃ τὸ πλῆθος.

Διὰ τοῦτο ἤκουσε Κύριος καὶ ἀνεβάλετο. Ἀντὶ τοῦ· Ὑπερέθετο μικρὸν, καὶ οἱονεὶ ἀνέκοψε τὴν εὐεργετικὴν χεῖρα.

Καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. Οὐ μόνον, φησὶ, τῷ μάννα τὰ σώματα ἔτρεφεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ λογικῇ τινι καὶ οὐρανίῳ δυνάμει διέτρεφεν αὐτῶν τὰς ψυχάς· ὥσπερ ἀμέλει διατρέφει καὶ τοὺς ἀγγέλους. Καὶ τοῦτό ἐστι μὲν καὶ ἐκ τοῦ συνδέσμου ἰδεῖν, τῷ ὥσπερ ἐν ἐπαγωγῇ εἰπεῖν τό· *Καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς.* Ἔστι δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ τοῦ Ἀποστόλου μαθεῖν, περὶ αὐτῶν εἰρηκότος, ὡς πνευματικὸν ἔφαγον βρῶμα. Τοῦτο δὲ ἦν ὁ νῦν ἄοτος ἀγγέλων ὀνομαζόμενος.

Καὶ ὡσεὶ ἄμμον θαλασσῶν πετεινὰ πτερωτά. Τὴν ὀρτυγομήτραν φησὶν ἐνταῦθα.

Ἔτι τῆς βρώσεως οὔσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Γέγονε γὰρ αὐτοῖς εἰς χολέραν ἕξιν ἡ τροφὴ, ἅτε ὅλον διόλου ἐκνενευκότων εἰς τὴν τῶν κρεῶν πλησμονήν.

Καὶ ἐμνήσθη, ὅτι σάρξ εἰσιν, πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον. Ἠλέει αὐτοὺς, φησὶ, καίτοι ὁρῶν αὐτοὺς ὁλοτρόπως ἐκκεκλικότας εἰς σάρκας, ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ τὰ σαρκὸς φρονεῖν, καὶ πνεῦμα ἔχοντας, εἰς ἐπιθυμίαν σαρκὸς ἀεὶ πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον εἰς τὸ μετανοεῖν, καὶ ἐκζητεῖν ἐξ ὅλης ψυχῆς τὸν Θεόν. Δι' οὐδὲν οὖν ἕτερον ἠλέει καὶ ἔσωσεν, ἢ διὰ τὴν οἰκείαν μόνον φιλανθρωπίαν. Διὸ καὶ προλαβὼν εἶπεν· *Αὐτὸς γάρ ἐστιν οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων.*

Οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἡμέρας ἧς ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς θλίβοντος. Καταλέξας τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ἐν ἐρήμῳ αὐτοῖς δεδομένα ἀγαθὰ, ἕτερον εὐεργεσίας καταλέγει τρόπον. Ταῦτα δέ ἐστι τὰ περιστάντα δεινὰ τοὺς ἐχθρούς· ἥ τε εἰς αἷμα μεταβολὴ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἡ κυνόμυια, καὶ ὁ βάτραχος, καὶ ἡ ἐρυσίβη, καὶ ἡ ἀκρὶς, καὶ ἡ χάλαζα, καὶ ἡ πάχνη, καὶ τὸ πῦρ, καὶ ἡ τῶν πονηρῶν ἀγγέλων ἀποστολή· καὶ τὰ λοιπὰ μέχρι τῆς τῶν πρωτοτόκων ἀπωλείας.

pertransierit beneficiis eos cumulans, et sanans eos qui sub potestate diaboli essent.

12. *Coram patribus eorum fecit mirabilia.* Ita beneficiorum et mirabilium Christi obliti sunt, sicut patres eorum qui in Ægypto fuere quando liberavit eos Dominus. Simile enim quidpiam videtur significare illud: *Coram patribus eorum;* ac si apertius diceret: Similes patribus suis in malis studiis fuere; et sicut illi obliti sunt Deum, ita et isti.

13-15. *Interrupit mare et perduxit eos.* Non solum hoc, inquit, sed etiam mare dividens, omnes pertransire fecit. Hinc incipit ea quæ in priori liberatione edita sunt miracula recensere. Diviso enim in multas divisiones Rubro mari, ac separatis aquis et ex utraque parte in sublime elatis, *quasi in utre* quodam divina virtute conclusit eas, ne effusæ multitudinem demergerent.

21. *Ideo audivit Dominus et distulit.* Quasi diceret, Supersedit parum, et operatricem manum quasi cohibuit

24. *Et panem cœli dedit eis.* Non solum, inquit, manna corpora nutriebat, sed et rationabili quadam et cœlesti virtute alebat eorum animas, sicut revera etiam alit angelos. Atque illud potest ex conjunctione animadverti, quæ quasi in quadam additione jacet cum dicitur: *Et panem cœli dedit eis.* Nihilominus autem possumus id ex Apostolo ediscere, qui de illis dicit quod spiritualem cibum comederent. Illud autem erat quod hic panis angelorum vocatur.

27. *Et sicut arenam maris volatilia pennata.* De coturnice hic loquitur.

30. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum.* Versus est illis cibus in iracundiam, utpote qui omnino ad saturitatem carnium declinarint.

39. *Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens.* Miserabatur, inquit, illos, etsi videret eos omnino declinasse ad carnes, id est, ut ea quæ carnis sunt saperent, ac spiritum habere ad concupiscentiam carnis semper vadentem, nec convertentem se ad pœnitentiam, ut quæreret Deum ex tota anima. Nulla igitur alia de causa miseratus est et salvum fecit illum, nisi propter suam solum clementiam. Quare prius dixit: *Ipse enim miserator et misericors.*

42, 49. *Non sunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis.* Postquam enumeravit bona in mari et in deserto ipsis collata, alium recenset beneficiorum modum. Hæc autem sunt mala inimicis illata, scilicet mutatio fluminis in sanguinem, cynomyia, ranæ, ærugo, locusta, grando, pruina, ignis, immissio angelorum malorum, et reliqua usque ad primogenitorum exitium.

Digitized by Google

50. *Viam fecit semitæ iræ suæ.* Cum dedisset, inquit, mysterium agni, exitum dedit iræ, ut populum suum prætergrederetur, et ne attingeret eos qui ejus mysterium celebrarent. Sed cum custodiret eos dando semitam iræ suæ, animabus eorum, scilicet Ægyptiorum, *non pepercit a morte;* tradidit enim exterminatori.

54. *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ.* Jerusalem ait et templum postea in illa excitatum. *Montem hunc quem acquisivit dextera ejus.* Ipse namque Christus est, dextera Patris, qui olim ante populum incedebat, et sorte dedit eis terram promissionis. *Et ejecit a facie eorum gentes.* Amorrhæum, Chettæum, et qui consequenter enumerantur. *Et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.* Expulsis ac deletis septem gentibus. Nam pulsorum urbes domosque possederunt.

56. *Et tentaverunt et exacerbaverunt Deum excelsum.* Idololatriam, quæ judicum et regum tempore inducta fuit, enarrat. *Et testimonia ejus non custodierunt.*

57. *Et averterunt se, non servaverunt pactum, quemadmodum patres eorum...* Quemadmodum patres eorum, ait, in deserto, redemptore abnegato, vitulum fecerunt: ita et isti erectis vitulis sacrificabant, Deo derelicto.

58. *In iram concitaverunt eum in collibus suis.* In omnibus enim montium cacuminibus immolabant dæmonibus, ut ait Oseas propheta [97].

59. *Audivit Deus et sprevit, et ad nihilum redegit valde Israel.* Traditi enim sunt variis captivitatibus.

60. *Et repulit tabernaculum Silom.* In Silom enim erat prius tabernaculum, quo tempore sacerdotium exercebant Heli et Samuel. *Tabernaculum ubi habitavit in hominibus.* Tabernaculum dicit arcam, quæ hominibus illis erepta est, a quinque satrapis quæ abstulerunt illam.

61. *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, et pulchritudinem eorum.* Virtus et pulchritudo eorum erat arca, quæ tradita est in manus Azotiorum.

62. *Et conclusit in gladio populum suum.* Cum ducerentur enim in captivitatem moriebantur, nemine auxiliante, quia familiares eorum igne absumpti fuerant.

64. *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.* Filios Heli sacerdotis dicit: *Et viduæ eorum non plorabuntur.* Perierunt enim eodem exitio, atque viris in morte conjunctæ sunt, neque lacrymis ut solet in mortuis fieri deploratæ sunt.

66. *Et percussit inimicos suos in posteriora.* Hoc ait quia Azotios et Ascalonitas in podicibus percussit, donec remitterent arcam.'

67. *Et repulit tabernaculum Joseph.* Hoc ait quia

[97] Osc. XI, 12.

A Ὠδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ. Δεδωκὼς, φησὶ, τοῦ ἀμνοῦ τὸ μυστήριον, διέξοδον δέδωκε τῇ ὀργῇ, ὅπως τὸν αὐτοῦ παρέλθῃ λαὸν, καὶ μὴ ἅψηται τῶν αὐτοῦ τελούντων τὸ μυστήριον. Ἀλλὰ φυλάξας τούτους διὰ τοῦ ἔξοδον δοῦναι τῇ ὀργῇ, αὐτῶν τῶν ψυχῶν, δηλαδὴ τῶν Αἰγυπτίων, *οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου·* παρέδωκε γὰρ τῷ ἐξολοθρευτῇ.

Καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς ὄρος ἁγιάσματος αὐτοῦ. Ἱερουσαλὴμ φησι καὶ τὸν μετὰ ταῦτα οἰκοδομηθέντα ἐν αὐτῇ ναόν. *Ὄρος τοῦτο ὃ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ.* Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς ἡ δεξιὰ τοῦ Πατρὸς, ὁ καὶ πάλαι προπορευόμενος τοῦ λαοῦ, καὶ κατακληροδοτῶν αὐτοῖς τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν. *Καὶ ἐξέβαλεν ἀπὸ προσώπου αὐτῶν ἔθνη.* Τὸν Ἀμορῥαῖον καὶ τὸν Χετταῖον, καὶ τοὺς ἑξῆς δηλου-
B μένους. *Καὶ ἐκληροδότησεν αὐτοὺς ἐν σχοινίῳ κληροδοσίας.* Αὐτῶν τῶν ἐξελαθέντων καὶ ἀνῃρημένων ἑπτὰ ἐθνῶν. Τὰς γὰρ πόλεις αὐτῶν τῶν ἐκβεβλημένων καὶ τοὺς οἴκους ἐκληρονόμησαν.

Καὶ ἐπείρασαν καὶ παρεπίκραναν τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον. Τὴν ἐπὶ τῶν κριτῶν γενομένην εἰδωλολατρείαν σημαίνει, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν βασιλειῶν. *Καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ οὐκ ἐφυλάξαντο.*

Καὶ ἀπέστρεψαν, καὶ ἠθέτησαν, καθὼς καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν. Ὥσπερ οἱ πατέρες αὐτῶν, φησὶν, ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸν μόσχον πεποιήκασι, τὸν λυτρωτὴν ἀρνησάμενοι· οὕτω καὶ οὗτοι πάλιν τὰς δαμάλεις ἀναθέντες ἔθυον, ἐγκαταλιπόντες Θεόν.

Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐν τοῖς βουνοῖς αὐτῶν. Ἐπὶ πᾶσαν γὰρ κορυφὴν ὄρους τοῖς ἀκαθάρτοις
C ἔθυον δαίμοσιν, ὡς ὁ προφήτης Ὡσηέ φησιν.

Ἤκουσεν ὁ Θεὸς καὶ ὑπερεῖδε, καὶ ἐξουδένωσε σφόδρα Ἰσραήλ. Παρεδόθησαν γὰρ εἰς διαφόρους αἰχμαλωσίας.

Καὶ ἀπώσατο τὴν σκηνὴν Σηλώμ. Ἐν Σηλὼμ γὰρ ἦν τὸ πρότερον ἡ σκηνή, ἡνίκα ἱεράτευσαν Ἠλεὶ καὶ Σαμουήλ. *Σκήνωμα δὲ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις.* Σκήνωμα τὴν κιβωτόν φησιν, ἥπερ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων ἁφῄρηται τῶν πέντε σατραπειῶν τῶν λαβουσῶν αὐτήν.

Καὶ παρέδωκεν εἰς αἰχμαλωσίαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν, καὶ καλλονὴν αὐτῶν. Ἰσχὺς αὐτῶν καὶ μὴν καὶ καλλονὴ ἡ κιβωτὸς ἦν ἡ παραδέδοται Ἀζωτίων εἰς χεῖρας.

D *Καὶ συνέκλεισεν εἰς ῥομφαίαν τὸν λαὸν αὐτοῦ.* Ἀγόμενοι γὰρ αἰχμάλωτοι, ἀπέθνησκον, οὐδενὸς αὐτοῖς ἐπικουροῦντος, διὰ τὸ προδεδαπανῆσθαι πυρὶ τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῶν.

Οἱ ἱερεῖς αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἔπεσον. Τοὺς υἱοὺς Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως λέγει. *Καὶ αἱ χῆραι αὐτῶν οὐ κλαυθήσονται.* Συνδιολώλασι γὰρ τῇ αὐτῶν ἀπωλείᾳ, καὶ τῷ τῶν ἀνδρῶν θανάτῳ συνήφθησαν, μηδὲ τῶν ἐπὶ νεκροῖς ἀξιωθεῖσαι δακρύων.

Καὶ ἐπάταξε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω. Τοῦτό φησι διὰ τὸ Ἀζωτίους καὶ Ἀσκαλωνίτας εἰς τὰς ἕδρας πατάξαι, ἄχρις οὗ τὴν κιβωτὸν ἀπέστειλαν.

Καὶ ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσήφ. Τοῦτό φησι

Digitized by Google

διὰ τὸ τὴν Σηλὼμ ἐν τῇ μερίδι εἶναι τοῦ Ἰωσήφ· Ἐφραΐμ δὲ υἱὸς Ἰωσήφ.

Καὶ ἐξελέξατο τὴν φυλὴν Ἰούδα. Ἀπὸ γὰρ ταύτης τοὺς βασιλέας ἐποίησεν, ὧν πρῶτος Δαυΐδ. Ἰστέον δὲ, ὡς φυλὴν ἀντὶ φυλῆς ἐξελέξατο, τὴν Ἰούδα ἀντὶ τῆς Ἰωσήφ· καὶ τόπον ἀντὶ τόπου, τὸ ὄρος Σιὼν ἀντὶ τῆς Σηλώμ.

Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς μονοκέρωτος τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. Ἁγίασμα μὲν τὸν θεῖον ἐν Ἱερουσαλὴμ ᾠκοδομηθέντα λέγει ναόν· Μονόκερως δὲ θηρίον ἐστὶν ἀκαταμάχητον, διὰ τὸ ὀξὺ κέρας ἐπὶ μετώπου φέρειν, καὶ πάντα τούτῳ ἀναιρεῖν τὰ θηρία. Λέγει οὖν, Ὅτε οὕτως ὁ θεῖος ᾠκοδομήθη ναὸς, ὡς πάντα τὰ ἔθνη τῆς ἐνούσης ἐν αὐτῷ ἰσχύος δεύτερα φαίνεσθαι.

Ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων ἔλαβεν αὐτόν. Τικτομένων καὶ γεννωμένων. Ἀπὸ τῆς ποιμαντικῆς, φησὶν, ἐπιστήμης, καὶ τοῦ εἰδέναι τὰ λοχευόμενα τῶν προβάτων διαφυλάττειν, καλῶς ἀναλαβὼν καὶ τῶν λογικῶν θρεμμάτων ποιμένα πεποίηκε. *Ποιμαίνειν Ἰακὼβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ.* Τουτέστι, διδάσκαλος αὐτοῖς ἀγαθῶν τρόπων ἐγένετο, δι' ὧν ἐπεδείκνυτο παιδεύσας αὐτούς.

Καὶ ἐν ταῖς συνέσεσι τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὡδήγησεν αὐτούς. Σύνεσιν χειρῶν πᾶσαν τὴν ἐν τῷ προσήκοντι πρᾶξιν γινομένην φησίν.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Ἀσάφ. ΟΗ'.

Ὑπόθεσις.

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ὑπὲρ τῶν ἀναιρεθέντων πικρῶς κατὰ τοὺς καιροὺς τοῦ Ἀντιόχου· αἰτῶν τε διὰ τῆς ἱκετείας ἐκδίκησιν γενέσθαι τῆς εἰς τὸ ἔθνος γινομένης μιαιφονίας, μεταστραφεισῶν δηλονότι τῶν συμφορῶν εἰς αὐτοὺς τοὺς ἐπάγοντας αὐτάς.

Ὁ Θεὸς, ἦλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου. Πολλοὺς γὰρ εἰσαγαγὼν ὁ Ἀντίοχος, εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ ἐνέπρησε τὸν θεῖον ναόν. *Ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου.* Ἰδοὺ, φησὶ, τῶν σῶν ἐκράτησαν ἄλλοι, καὶ τὰ σὰ ὑπὸ ἀλλοφύλων κατέχεται. *Ἔθεντο Ἰερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον.* Αἰθολόγιος τόπος ὅπου τὴν σκηνὴν ἔχει ὁ τὰς ὀπώρας φυλάσσων.

Ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ. Διὰ γὰρ ὑπερβολὴν ἀπανθρωπίας οὐδὲ θάπτειν τοῖς οἰκείοις ἐπέτρεπον οἱ πολέμιοι τοὺς νεκρούς. *Τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς.* Πῶς γὰρ οὐχ ὅτιοι οἱ τὸ αἷμα ἐκχυθέντες ὑπὲρ τῆς τοῦ νόμου φυλακῆς, ὧν ἦσαν οἱ Μακαβαῖοι;

Ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου. Ζήλωσον, φησὶ, διὰ τὸ σὸν ὄνομα τὸ βλασφημούμενον παρὰ τῶν ἐχθρῶν.

Μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων. Τὰς ἐν Αἰγύπτῳ λέγει ἁμαρτίας ἀρχαίας.

Μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; Εἰ καὶ ἐμποδίζει, φησὶ, τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν· ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν ὄνομα ποίησον ἡμῖν διὰ τὸν ὀνειδισμὸν ὃν ἐπιφέρουσι

A Silom erat in portione Joseph; Ephraim autem filius erat Joseph.

68. *Sed elegit tribum Juda.* Ex ea enim reges constituit, quorum primus fuit David. Sciendum autem tribum pro tribu elegisse Deum, tribum Juda pro tribu Josephi; et locum pro loco, montem Sion pro Silom.

69. *Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum.* Sanctificium dicit, divinum in Jerusalem excitatum templum. Unicornis autem, fera est inexpugnabilis, quia acutum in fronte cornu habet, atque illo belluas omnes interficit. Ait igitur, Cum exstructum fuit templum illud, omnes gentes virtute in illo contenta inferiores fuisse visas.

B 70, 71. *De post fetantes accepit illum.* Fetantes dicit natas et recens emissas. Davidem, quod esset pastoritiæ artis peritus, et quia sciret fetas oves custodire, merito assumpsit, et rationabilium ovium pastorem constituit. *Pascere Jacob servum suum.* Id est, doctor ipsis proborum morum fuit, per ea quæ fecit erudiens eos.

72. *Et intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Intellectum manuum, omnes actus convenienti tempore editos dicit.

1. *PSALMUS Asaph. LXXVIII.*

Argumentum.

C Hunc canit psalmum pro iis qui in tempore Antiochi dire cæsi sunt. Rogans supplicatione sua ultionem cædis in populo factæ, conversis scilicet calamitatibus in eos qui ipsas intulissent.

Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam. Multas enim adducens gentes Antiochus, ingressus est Jerosolymam, et divinum templum incendit. *Polluerunt templum sanctum tuum.* Ecce, inquit, tua alii occuparunt, et quæ tua sunt ab alienigenis detinentur. *Posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.* Lapidibus electis constructus est locus, ubi tabernaculum habet qui poma custodit.

D 2, 3. *Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cæli.* Ob inhumanitatis vehementiam, ne concedebant quidem cognatis ut mortuos humarent. *Carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.* Quomodo enim sancti non fuerint quorum sanguis effusus est pro legis observantia, ex quorum erant numero Machabæi.

5, 6. *Exardescet sicut ignis zelus tuus.* Zelo accendere, inquit, propter nomen tuum ab inimicis blasphematum.

8. *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.* Peccata dicit antiqua quæ in Ægypto admissa sunt.

10. *Ne forte dicant in gentibus: Ubi est Deus eorum?* Etiamsi, inquit, multitudo peccatorum nostrorum impedimentum est nostræ salutis: sed propter nomen tuum adjuva nos, propter convi-

Digitized by Google

cium quod proferunt in te, propter sanguinem servorum tuorum qui effusus est, propter gemitum compeditorum.

11. *Secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum.* Virtute brachii tui, ait, salvos fac eos qui a cæde residui sunt.

1. *In finem, pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph, PSALMUS pro Assyriis. LXXIX.*

Argumentum.

Ex prima verborum sententia rogat misericordiam assequi eos qui ab Assyrio in servitutem redacti erant. Sed sublimiore sententia, rogat pro iis qui spiritualem captivitatem passi sunt, postquam in crucem actus est Dominus a spiritualibus Assyriis, et ab eorum principe, videlicet Satana. Supplicationem ergo effundit, rogans adventum Salvatoris nostri et liberationem totius generis Israelitici.

2. *Qui regis Israel, intende.* Te, Domine, qui pastoris instar, populi sollicitudinem geris, rogo admittas deprecationem meam.

3. *Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse.* Dum incederet tabernaculum, una gradiebantur tres tribus, Judas nempe, Issachar et Zabulon. Subsequebantur ad meridiem tres aliæ, Ephraim, Benjamin et Manasse. Erat autem in cherubim aureis supra arcam positis gloria Dei, qui ipsos præcedebat cum incederent. Tu itaque qui sedes super cherubim, et præcedis arcam, ita ut sis ante Ephraim, Benjamin et Manasse (nam *coram* significat in conspectu), per tuam potentiam salutem dato.

9. *Vineam de Ægypto transtulisti.* Israelem dicit. *Ejecisti gentes, et plantasti eam.* Nam cum præcederes eos, ejecisti a facie eorum gentes.

11. *Operuit montes umbra ejus.* Umbra vineæ est legalis cultus, quia lex umbram futurorum bonorum continet. Montes dicit Silom et Sion. In iis namque duobus locis tabernaculum constitutum fuit. Nihil ergo aliud significat, nisi quod legalia, quæ futurorum bonorum umbra erant, in duobus hisce montibus celebrata fuerint. *Et arbusta ejus cedros Dei.* Cedri sunt cœlestes virtutes; arbusta autem vineæ, prophetæ in populo qui in sublime efferebantur, et quiescebant in supernis et rationalibus potestatibus.

12. *Extendit palmites suos usque ad mare.* Palmites et propagines vineæ dicit omnem populi multitudinem, quæ pertingebat a flumine Euphrate ad usque mare Indicum.

13, 14. *Utquid destruxisti maceriam ejus?* Maceria ejus erat angelorum custodia, quam amovit ab eis Deus. *Et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam.* Data quippe fuit in pabulum im-

σοὶ, διὰ τὸ αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον τῶν σῶν δούλων, διὰ τὸν στεναγμὸν τῶν πεπεδημένων.

Κατὰ τὴν μεγαλωσύνην τοῦ βραχίονός σου περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων. Τῇ δυνάμει, φησὶ, τοῦ βραχίονός σου σῶσον τοὺς κατα λειφθέντας ἐκ τῶν ἀνῃρημένων.

Εἰς τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων. μαρτύριον τοῦ Ἀσὰφ, ΨΑΛΜΟΣ ὑπὲρ τῶν Ἀσσυρίων. ΟΘ'.

Ὑπόθεσις.

Κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον τῆς λέξεως ἐλεηθῆναι ἀξιοῖ τοὺς ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου καταδουλωθέντας· κατὰ δὲ τὴν ὑψηλοτέραν διάνοιαν, ὑπὲρ τῶν ὑπομεινάντων τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν νοητὴν, μετὰ τὸν κατὰ τοῦ Κυρίου σταυρὸν ὑπὸ τῶν νοητῶν Ἀσσυρίων, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἄρχοντος αὐτῶν, φημὶ δὴ τοῦ Σατανᾶ. Ἱκετείαν οὖν προβάλλεται, ἀξιῶν ἐπιφάνειαν γενέσθαι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ ἐλευθέρωσιν τοῦ παντὸς γένους τοῦ Ἰσραήλ.

Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσσχες. Σὲ, λέσποτα, τὸν ποιμένος δίκην τοῦ λαοῦ προμηθούμενον, δέξασθαί μου τὴν ἱκετειαν ἀντίβολῶ.

Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι ἐναντίον Ἐφραΐμ, καὶ Βενιαμὶν, καὶ Μανασσῆ. Ἐν τῇ πορείᾳ τῆς σκηνῆς ἐβάδιζον τρεῖς φυλαὶ, Ἰούδα, καὶ Ἰσάχαρ, καὶ Ζαβουλών. Ἠκολούθουν δὲ κατὰ νότον τρεῖς ἕτεραι· ἡ τοῦ Ἐφραΐμ, ἡ τοῦ Βενιαμὶν καὶ τοῦ Μανασσῆ. Ἦν δὲ ἐπὶ τῶν χρυσῶν χερουβὶμ τῶν ἐπάνω τῆς κιβωτοῦ δόξα Θεοῦ· προεβάδισε γὰρ αὐτῶν κατὰ τὴν πορείαν. Σὺ οὖν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, καὶ προπορευόμενος τῆς κιβωτοῦ, ὡς εἶναι ἔμπροσθεν τοῦ Ἐφραΐμ, Βενιαμὶν καὶ Μανασσῆ (τὸ γὰρ *ἐναντίον* σημαίνει τὸ ἔμπροσθεν), διὰ τῆς σαυτοῦ δυναστείας τὴν σωτηρίαν ἐπιδίδου.

Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας. Τὸν Ἰσραὴλ φησιν. *Ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν.* Προπορευόμενος γὰρ, ἐξέβαλες ἀπὸ προσώπου αὐτῶν τὰ ἔθνη.

Ἐκάλυψεν ὄρη ἡ σκιὰ αὐτῆς. Σκιὰ μὲν τῆς ἀμπέλου ἡ κατὰ νόμον λατρεία, διὰ τὸ σκιὰν ἔχειν τὸν νόμον τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· ὄρη δὲ τό τε ἐν Σηλὼμ καὶ τὸ ἐν Σιὼν φησιν. Ἐν τούτοις γὰρ τοῖς δυσὶ τόποις ἵδρυτο ἡ σκηνή. Οὐδὲν οὖν ἕτερον σημαίνει, ἢ ὅτι τὰ ἐν νόμῳ, ἅτινα ἦν σκιὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις ἐτελεῖτο ὄρεσι. *Καὶ ἀναδενδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ.* Κέδροι μὲν αἱ οὐράνιαι δυνάμεις· ἀναδενδράδες δὲ τῆς ἀμπέλου οἱ ἐκ τοῦ λαοῦ προφῆται εἰς ὕψος ἠρμένοι, καὶ ἐπαναπαυόμενοι ταῖς ἄνω καὶ λογικαῖς δυνάμεσιν.

Ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης. Κλήματα καὶ παραφυάδες τῆς ἀμπέλου τὸ πᾶν πλῆθος τοῦ λαοῦ φησιν, ὃ κατέσχεν ἀπὸ ποταμοῦ Εὐφράτου μέχρι θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς.

Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς; Φραγμὸς ἦν αὐτῇ ἡ τῶν ἀγγέλων φυλακὴ, ἣν ἀπέστησεν ἀπ' αὐτῶν ὁ Θεός. *Καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν.* Δέδοται γὰρ εἰς βόσκημα

Digitized by Google

2. Domine, exaudi orationem meam. Exaudiri me, inquit, postulo per veritatem tuam. Perinde autem est ac si diceret: Exaudi me, mitteque Unigenitum tuum, qui est veritas et justitia.

(Deest unum folium in Colb. 2 et 3.)

Ἐκάθισέ με ἐν σκοτεινοῖς ὡσεὶ νεκροὺς αἰῶνος. Σκοτίαν τὴν ἀγνωσίαν ἣν ἔσχε ποτὲ δηλοῖ. Οὐδὲν γὰρ διεφερόμην νεκροῦ. Νεκροὺς αἰωνίους τοὺς πάλαι εἰδωλολάτρας φησίν.

3. Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi. Per obscuritatem indicat ignorantiam, in qua olim versabatur. Nihil enim, inquit, differebam a mortuo. Mortuos sæculi, vocat idololatras illos veteres.

Ταχὺ εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου. Ἐν ταῖς ἐσχάταις περιστάσεσιν, ἐπειδὰν ἀνακινδυνεύει τινὸς ἡ ψυχὴ, προσήκει τοῦτο λέγειν, οὐ μὴν ἐν ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἀναγκαίως κεχρῆσθαι.

7. Velociter exaudi me, Domine, defecit spiritus meus. In postremis occasionibus quando cujuspiam anima periclitatur id convenit dicere; neque tamen in humanis negotiis iis uti necesse est.

Ἀκουστὸν ποίησόν μοι τὸ πρωὶ τὸ ἔλεός σου. Τὴν πρωϊνὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου λέγει· ἢ τάχα καὶ τὴν πρωϊνὴν ἀνάστασιν εὔχεται παραγενέσθαι Χριστοῦ, δι' ἧς ἐλεούμεθα.

8. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam. Matutinam Domini resurrectionem significat: aut fortasse rogat advenire matutinam Christi resurrectionem, qua misericordiam consecuti sumus.

Γνώρισόν μοι, Κύριε, ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι. Τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας εὔχεται τυχεῖν.

Notam fac mihi, Domine, viam in qua ambulem. Evangelicam doctrinam consequi rogat.

Ἐξέλου με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου. Τῶν νοητῶν δηλονότι.

9. Eripe me de inimicis meis. Spiritualibus videlicet.

(Hic desunt in Colb. 3 quædam folia.)

Τῷ Δαυὶδ πρὸς τὸν Γολιάθ. ΡΜΓ'.

Davidi adversus Goliath. CXLIII

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου. Ἐκ περιχαρείας τὸ προοίμιον. Ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν. Χεῖρας τὰς πράξεις φησὶν εἶναι τὰς κατὰ θεοσέβειαν γενομένας, δι' ὧν πολεμοῦμεν τὸν Σατανᾶν.

1. Benedictus Dominus Deus meus. Ex gaudio tale procœmium emittitur. *Qui docet manus meas ad prælium.* Manus vocat opera cum pietate erga Deum facta, per quæ Satanam impugnamus.

Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. Ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων τῷ κόσμῳ τούτῳ ὡμοιώθη.

3. Homo vanitati similis factus est. Singuli homines huic mundo similes sunt.

Ἄστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτούς. Ἀστραπὴν τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμά φησιν.

6. Fulgura coruscationem, et dissipabis eos. Fulgur vocat evangelicam prædicationem.

Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους· ἐξέλου με, καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητας. Τῶν περικυκλωσάντων ἡμᾶς λογισμῶν ὑπὸ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς. Ἢ καὶ ὕδατα τὸν τῶν Ἰουδαίων φησὶ λαὸν τὸν κυκλώσαντα τοὺς ἀπο-

7. Emitte manum tuam de alto, eripe me et libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitates. Agit de cogitationibus quæ ex dæmonum insidiis nos circumsistunt. Aut forte aquas dicit Judæorum populum qui circumdabat apostolos, ut cohiberet ac

Digitized by Google

perderet. Atque illi ipsi fuerint filii alieni, qui vana loquuntur: et quæ vana, nisi cum Christo dicerent: *Quare tu, homo cum sis, facis teipsum Deum* [99]?

9. *Deus, canticum novum cantabo tibi.* Evangelicum scilicet; sermo autem est ex persona Davidis. *In psalterio decachordo psallam tibi.* Psalterium decachordum est corpus, quod quinque sensus habet, et quinque animæ operationes: singulis scilicet sensibus insunt singulæ operationes.

10, 11. *Qui das salutem regibus nostris.* Sanctis scilicet apostolis, quos Christus principes eorum constituit. *Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno, eripe me, et erue me de manu filiorum alienorum.* Propter tua cum illis pacta, omnem nostri sollicitudinem geras. Gladium namque malignum, irruentium furorem et ferocitatem vocavit. Ipsos autem alienos vocat, utpote impios.

12. *Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua.* Ejus qui secundum carnem est populi, inquit, florentes sunt; ejus autem qui secundum spiritum, humiles. Hi namque sunt qui dicunt: *Etiamsi exterior noster homo corrumpitur, interior renovatur* [99].

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi. De ornatu terrestri loquitur. Quamobrem non templum Dei factæ sunt, sicut sanctæ credentium animæ; sed similitudo templi. Simulabant enim se secundum legem vitam agere. At in se Verbum non habebant, sed malignum spiritum.

13. *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.* Recondiderunt enim non cœlestes, sed terrenas divitias.

14. *Oves eorum fetosæ, abundantes in egressibus suis*, etc. Pinguia et fecunda sunt pecora eorum. *Non est ruina maceriæ neque transitus.* Magnam, inquit, felicitatem nacti sunt; quæ tamen ad finem usque non perdurabit. Illud enim in alio psalmo docuit his verbis: *Dejecisti eos dum elevarentur* [1].

15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: Beatus populus cujus Dominus Deus ejus.* Et illi quidem non recte judicantes, sed quæ carnem spectant magni facientes, eum qui hæc ample possideat beatum esse existimant. Verum id nequaquam felicitas est. Sed invocare Dominum Deum suum (illud est vere felicitas).

Laudatio ipsi David. CXLIV

1. *Exaltabo te, Deus meus, rex meus.* Non altitudinem ipsi dat quasi ea careat; sed aliis declarat eam ipsum obtinere. Quale est illud: *Pater, clarifica nomen tuum in terra* [2]. Non rogat enim eam accipere quam non habet, sed eam quam habet manifestari, ut indicat illud: *Clarifica me claritate quam habui apud te antequam mundus fieret* [3].

στόλους, ἐν τῷ συσχεῖν καὶ ἀπολέσαι. Καὶ οὗτοι εἶεν υἱοὶ ἀλλοτριωμένοι, οἱ καὶ μάταια λαλοῦντες. Καὶ ποῖα μάταια, ἢ τὸ λέγειν τῷ Χριστῷ· *Πῶς σὺ, ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν;*

Ὁ Θεὸς, ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι. Τὴν εὐαγγελικὴν δηλονότι. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ προσώπου τοῦ Δαυὶδ ὁ λόγος ἐστίν. *Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι.* Ψαλτήριον δεκάχορδον τὸ σῶμά ἐστιν, ἅτε πέντε αἰσθήσεις ἔχον, καὶ πέντε ἐνεργείας ψυχῆς, δι' ἑκάστης αἰσθήσεως γιγνομένης ἐνεργείας ἑκάστης.

Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν. Τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οὓς κατέστησεν ἄρχοντας αὐτῶν ὁ Χριστός. *Τῷ λυτρουμένῳ Δαυὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς· ῥῦσαί με καὶ ἐξέλου με ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων.* Διὰ γὰρ τὰς πρὸς ἐκείνους συνθήκας πᾶσαν ἡμῶν κηδεμονίαν ποίησον. Ῥομφαίαν γὰρ πονηρὰν τῶν ἐπελθόντων τὸ μανικὸν καὶ θηριώδες ἐκάλεσε· τοὺς δὲ αὐτοὺς ἀλλοτρίους, ὡς δυσσεβεῖς.

Ὧν οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. Τοῦ κατὰ σάρκα λαοῦ υἱοί, φησὶν, εὐθαλεῖς εἰσι· τοῦ δὲ κατὰ πνεῦμα τεταπεινωμένοι. *Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ λέγοντες· Εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται.*

Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ. Τῷ ἐπιγείῳ κόσμῳ. Διὸ καὶ οὐ ναὸς Θεοῦ γεγόνασιν, ὡς αἱ ἅγιαι τῶν πιστευσάντων ψυχαί, ἀλλ' ὁμοίωμα ναοῦ· προσεποιοῦντο γὰρ τὴν κατὰ νόμον ἐπιτηδεύουσαι πολιτείαν. Ἀλλ' οὐκ ἔσχον ἐν αὑταῖς τὸν Λόγον, ἀλλὰ τὸ πονηρὸν πνεῦμα.

Τὰ ταμιεῖα αὐτῶν πλήρη ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Ἐθησαύρισαν γὰρ οὐ τὸν οὐράνιον, ἀλλὰ τὸν ἐπίγειον πλοῦτον.

Τὰ πρόβατα αὐτῶν πολυτόκα, πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν. Πίονα δὲ αὐτῶν καὶ πολύγονα τὰ κτήνη. *Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ οὐδὲ διέξοδος* Πολλὴν, φησὶν, ἔσχον τὴν εὐημερίαν· ἀλλ' οὐ μέχρι τέλους αὐτοῖς στήσεται. Τοῦτο γὰρ ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ ἐδίδαξεν εἰπών· *Κατέβαλες αὐτοὺς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι.*

Ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ᾧ ταῦτά ἐστι· μακάριος ὁ λαὸς οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Οἱ μὴ ὀρθῶς κρίνοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ φανταζόμενοι τὰ σαρκὸς, τὸ τούτων ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι πολλῇ μακάριον εἶναι νομίζουσιν. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο μακάριον· ἀλλὰ τὸ ἐπικαλεῖσθαι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ.

Αἴνεσις τῷ Δαυὶδ. ΡΜΔ'.

Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου. Οὐχ ὡς μὴ ἔχοντι δὲ δίδωσιν ὕψος· ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις δείκνυσιν ἔχοντα. Ὁποῖον· *Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα ἐν τῇ γῇ.* Οὐ γὰρ ἦν μὴ εἶχεν αἰτεῖ, ἀλλ' ἦν καὶ εἶχε δειχθῆναι· ὡς δηλοῖ τό· *Δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι.*

[99] Joan. x, 33. [99] II Cor. iv, 16. [1] Psal. lxxii, 18. [2] Joan. xii, 28. [3] Joan. xvii, 5.

Digitized by Google

Καθ' ἑκάστην ἡμεραν εὐλογήσω σε. Ἀρχὴ παρ' Ἑβραίοις τοῦ παρόντος στίχου τὸ *Βήθ*. Διδάσκει δὲ ὡς οὐ μίαν ἡμέραν παραπεμπτέον ὕμνων χωρίς. Ὅλη μὲν οὖν ψυχῇ καὶ διανοίᾳ ὑψοῦν δεῖ καὶ εὐλογεῖν τὸν Θεόν· τὸ ὄνομα δὲ αὐτοῦ δοξάζειν θνητοῖς ὀνόμασί τε καὶ ῥήμασιν. A

Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου. Τὴν ἀμφοτέρων φησὶ λαῶν συναχθεῖσαν Ἐκκλησίαν ἔκ τε τῶν ἐκ περιτομῆς καὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν. Ἔργα δὲ αὐτοῦ, ἃ πεποίηται ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ φησί· πολυτρόπως δὲ αὐτὰ ὑμνεῖ· δύναμιν, καὶ μεγαλοπρέπειαν, καὶ δόξαν, καὶ ἁγιωσύνην, καὶ θαυμάσια· καὶ πάλιν δύναμιν καὶ μεγαλωσύνην καὶ χρηστότητα, καὶ δικαιοσύνην καὶ οἰκτιρμοὺς προσαγορεύων.

2. *Per singulos dies benedicam tibi.* Apud Hebræos initium præsentis versiculi est *Beth*. Docet autem, nullam esse diem absque hymnis prætermittendam. Tota igitur anima, tota mente, exaltare Deum, et benedicere illi oportet, nomenque ejus glorificare mortalibus nominibus atque verbis.

4. *Generatio et generatio laudabit opera tua*, etc. Ecclesiam ait ex ambobus populis congregatam, ex circumcisione scilicet et ex gentibus. Ejus autem opera narrat quæ in adventu suo fecit : multisque modis ea celebrat, virtutem, magnificentiam, gloriam, sanctitatem, et mirabilia dicens, ac rursum virtutem, magnitudinem, suavitatem, justitiam et miserationes.

(Desunt quædam folia in fine in C. 3.)

Καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι. Πρακτικῶς ἐροῦσι καὶ μετὰ ὀρθοῦ φρονήματος. Οἷόν ἐστι· *Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.* Καὶ τὸ, *Ἀλαλάξατε Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ὅτι Κύριος ὕψιστος φοβερός.* Ταῦτα γὰρ ἐροῦσι δι' αὐτοῦ τοῦ φοβεῖσθαι καὶ σέβας ἔχειν Θεοῦ. Διηγήσονται δὲ καὶ ὡς πέρας οὐκ ἔχουσαν αὐτοῦ τὴν μεγαλωσύνην, οὐ περιγράψαντες γνώσει, ἀλλ' ὡς οὖσαν ἀκατάληπτον· μόνος γὰρ ὁ Υἱὸς γινώσκει τὸν Πατέρα, καὶ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν. Εἰ δὲ καὶ ἀποκαλύπτει τὸν Πατέρα οἷς βούλεται, ἀλλ' οὖν ὡς ἐφικτὸν γενητοῖς ἰδεῖν, κατὰ ἀναλογίαν ἧς τις ἔχει προπαρασκευῆς. B

6. *Et virtutem terribilium tuorum dicent.* Cum bonis operibus ita loquentur, et cum recta sententia. Quale est illud : *Terribile est incidere in manus Dei viventis*[4]. Et illud : *Jubilate Deo in voce exsultationis : quoniam Dominus excelsus terribilis*[5]. Hæc enim dicent quod timeant et honorent Deum. Narrabunt autem ejus magnitudinem, utpote quæ terminum non habeat, non circumscribentes eam cognitione sua, sed ut incomprehensibilem (52). Solus namque Filius cognoscit Patrem, et Pater Filium. Etiamsi vero Patrem manifestet quibus vult, at ut opificiis possibile est ipsum videre, habita ratione præparationis cujusque hominis.

Μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐξερεύξονται. Πᾶσι μὲν αὐτὸς, ἅτε Θεὸς ὢν ἀγαθὸς, ἐπιδέδωκε τὴν χρηστότητα, καὶ οἰκτείρει πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Σώζονται δὲ οἱ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ ἀπολαύειν ἐθέλουσιν. C

7. *Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt.* Omnibus ipse hominibus, utpote qui Deus bonus sit, suavitatem suam impertivit, et miseretur omnia opera sua. Salutem autem consequuntur qui suavitate ejus frui volunt.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΕ'.

PSALMUS CXLV.

Αἰνεῖ, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον· αἰνέσω τὸν Κύριον ἐν τῇ ζωῇ μου.

1. *Lauda, anima mea, Dominum ; laudabo Dominum in vita mea.*

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ. Ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου, φησὶ, πάντα ὅσα ἐφρόνησεν ἡχήσονται, καὶ οὐδὲν ἔσται ὧν ἐφαντάζετο ἐπὶ γῆς.

4. *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* In hora mortis, inquit, omnia cogitata ejus publica fient, nec occultum erit quidpiam eorum quæ in terra cogitavit.

Διδόντα τροφὴν τοῖς πεινῶσι. Πνευματικὴν δηλονότι τοῖς λιμώττουσι παντὸς ἀγαθοῦ.

7. *Dat esram esurientibus.* Spiritualem scilicet, iis qui omne bonum expetent.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜϚ'.

PSALMUS CXLVI.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός. Ἐν μὲν τῷ προλαβόντι αὐτὸς ἑαυτὸν παρῄνει εἰς μόνον τὸν Θεὸν ἔχειν τὴν ἐλπίδα· ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀποστολικὸν χορὸν δείκνυσι διδάσκοντα τὸ πλῆθος αἰνεῖν τὸν Θεὸν, ἐφ' οἷς τὸ γένος εὐηργέτησεν. D

1. *Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus.* In præcedenti psalmo sese hortabatur in Deum solum spem ponere ; in hoc autem apostolicum chorum exhibet docentem multitudinem, laudare Deum de beneficiis generi hominum collatis.

Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος. Πραεῖς μὲν τοὺς τὴν πίστιν αὐτοῦ δεξαμένους φησὶ, τοὺς μιμησαμένους τὸν εἰπόντα· *Πρᾷός εἰμι ἐγώ.* Ἐγὼ δὲ τοὺς ἁμαρτωλοὺς μισῶ, φησὶν, οἵτινές εἰσιν οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες, οἱ τῷ πυρὶ ἐνοικοῦντες.

6. *Suscipiens mansuetos Dominus.* Mansuetos vocat eos qui fidem ejus susceperunt, imitati eum qui dixit : *Mitis ego sum*[6]. Ego autem peccatores odio habeo, inquit, qui sunt impuri dæmones in igne habitantes.

Καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Δουλείαν τῶν ἀνθρώπων φησὶ βοῦς, καὶ ἡμιόνους καὶ τὰ ἕτερα τῶν κτηνῶν.

8. *Et herbam servituti hominum.* Servitutem hominum vocat boves, mulos et reliqua jumenta.

[4] Hebr. x, 31. [5] Psal. xlvi, 2. [6] Matth. xi, 29.

(52) Nota Athanasiani styli.

Digitized by Google

IN FRAGMENTA SUBSEQUENTIA MONITUM.

Quæ subsequuntur fragmenta Commentariorum Athanasii in psalmos prior edidit Petrus Felckmannus sub finem appendicis ad editionem Commelinianam, hac præmissa ad lectorem admonitione.

PETRUS FELCKMANNUS LECTORI.

« *Cum præmissam appendicem hucusque jam perduxissem, incidi in opera Luciferi episcopi Calaritani, cujus crebra et laudata in Athanasio nostro mentio, jam olim Lutetiæ a Joanne Tilio episcopo Meldensi edita. Quæ cum pervolverem, incidi in tres Athanasii epistolas, duas ad Luciferum, et tertiam ad solitariæ vitæ studiosos, quarum ne fama quidem ante ad nos pervenerat. Quas cum ex rerum cum aliis Athanasii epistolis similitudine et tractatione genuinas esse existimem, hic subjungendas esse putavi. Et quia eodem quoque tempore fragmenta quædam Commentariorum sancti hujus nostri in psalmos in συλλογῇ Nicetæ Heracleotæ in Biblioth. Palatina reperi, eadem similiter, donec integra aliunde prodeant, adjeci tumultuario opere festinantibus prelis a me versa. Quanquam fortasse non omnia quæ Nicetas ex illis decerpsit, damus. Nam codex quo usi sumus in psalm.* LXXVI *deficiebat. Et verisimile non est Nicetam in reliqua psalmorum parte Athanasii explicationes, quas eatenus tam frequenter citat, omisisse.*

« *Denique brevem Athanasii sententiolam, et locorum quorumdam varias lectiones ad finem subdidi, depromptas ex vetustissimo codice Biblioth. Palatinæ, qui continebat similem catenam expositionum in Jobum, ab incerto auctore concinnatam. Tu vero, benevole lector, auctarium hocce benevole acceptare, nostrisque studiis favere velis oro.* » *Hæc Felckmannus.*

Epistolas porro memoratas a Felckmanno ad Luciferum et ad monachos, edidimus supra. Hæc autem fragmenta quod spectat, consimillima illa sunt, paucissimis exceptis, expositionibus Athanasii supra editis. Quod si quandoque nonnulla occurrant quæ in Expositionibus non compareant, non ideo repudianda, et Athanasio abjudicanda; nam, quod observasse juvabit, ad eos psalmorum versus pertinent, quorum explicatio non exstat in Expositionibus, utpote non integris ac persæpe deficientibus. Cæterum hæc excerpta non ad verbum refert Nicetas, sed plerumque quoad sententiam tantum nec raro permista cum aliorum Patrum commentariis, quorum ipse nomina affert. Etenim quando eadem omnino, nec immutata nec auctiora sunt quam in Expositionibus, ea omisimus, ne bis idem inutiliter repetatur.

FRAGMENTA COMMENTARIORUM D. ATHANASII

IN PSALMOS.

Ex Nicetæ metropolitæ Heracleæ catena expositionum, sive ut ipse vocat, Συναγωγῇ ἐξηγήσεων, ex Græcis Patribus in Psalmos collecta

Nicetas hic in proœmio tertiam ex quinque, quas sibi præmittendas esse quæstiones censuit, hanc, τί τὸ Ψαλτήριον, explicans, addito nomine Ἀθανασίου, sequentia subjicit.

Est igitur psalterium instrumentum musicum constans decem chordis, de summis ipsius compagis partibus sonum perficiens, vocemque consona quadam melodia articulatæ voci similem reddens : ac dicitur, Hebræis quidem, naula ; Græcis vero, cithara. Conficitur vero hoc modo : sumpto ligno recto, nihilque penitus inflexo, decem in eo chordæ tendebantur ; ac singulæ seorsim in summitate ipsius psalterii fixæ constringebantur : earum autem principia desursum demittuntur. In cubito (*sive collo*) namque ipsius psalterii decem claviculæ sive paxilli trajecti vertuntur, qui chordas tendunt, remittuntve, prout vocum consonantia et proportio requirit, et ad psallentis libitum. Et hoc est, quod magnus Basilius ait, etc.

A Ἔστι τοίνυν τὸ ψαλτήριον ὄργανον μουσικὸν δεκάχορδον, ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον, ἐναρμονίως τοὺς φθόγγους πρὸς τὴν ἐκ τῆς φωνῆς μελῳδίαν ἀποδιδόν· παρὰ μὲν Ἑβραίοις ναῦλα λεγόμενον, παρ' Ἕλλησι δὲ κιθάρα ὀνομαζόμενον. Κατεσκεύαστο γὰρ αὐτοῖς ὀρθὸν ξύλον καὶ ἀπαρέγκλιτον, χορδαὶ δὲ ἐν τούτῳ δέκα ἐτείνοντο. Ἑκάστη δὲ τῶν χορδῶν εἰς τὸ ἀκροτελεύτιον τοῦ ψαλτηρίου διῃρημένως ἐναπεσφίγγετο· αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν χορδῶν καθίεντο ἄνωθεν. Δέκα γὰρ κόλλαβοι εἴτουν πασσαλίσκοι, περὶ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτηρίου στρεφόμενοι, ἐτεινόν τε τὴν χορδὴν καὶ ἐχάλων πρός τε τὸν ῥυθμὸν τῆς ἁρμονίας καὶ πρὸς τὸ τοῦ ψαλτῳδοῦ βούλημα. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, etc.

Digitized by Google

Idem explicans ista psalmi II, « Convenerunt reges terræ, » etc., ponit :

Ἀθανάσιος. Διὰ τί δὲ οἱ βασιλεῖς Ἡρῴδης ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ Πιλᾶτος ὁ Πόντιος παρέστησαν, τουτέστι παρετάξαντο καὶ ἐπῆλθον κατὰ Χριστοῦ; Διὰ τί δὲ οἱ ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων οἱ ἀσεβεῖς, καὶ λοιμοί, καὶ ἁμαρτωλοί, Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι, καὶ νομικοί, εἰς ταὐτὸν συνέδραμον, καὶ κατὰ τοῦ Κυρίου, τουτέστι τοῦ Πατρὸς, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἐλύττησαν, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ; Ὁ γὰρ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐδὲ τὸν Πατέρα τιμᾷ. Τάχα μὲν οὖν, ἐπειδὴ τὰ παρ' ἐκείνοις τετολμημένα τοῦ Κυρίου μᾶλλον τὴν δύναμιν ἔδειξε, καὶ εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς τὰ ἐπιχειρήματα γέγονεν, οἱονεὶ μυκτηρίζει αὐτοὺς ὁ Δαυῒδ, ὡς εἰς κενὸν πάντα τολμήσαντας· τάχα δὲ καὶ μέμφεται. Τί γὰρ δήποτε αἰτιώμενοι οἱ κατὰ Χριστοῦ συνδραμόντες σταυρῷ τοῦτον ἀνήρτησαν; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῖς ἔθνεσι μὲν δεδωκὼς τὴν σοφίαν, τοῖς δὲ βασιλεῦσι τὸ κράτος παρασχὼν, καὶ τοῖς ἄρχουσι τὴν ἀρχὴν κρατυνόμενος, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις τὰ μέγιστα τερατουργήσας καὶ βοώμενα θαύματα;

A *Athanasius.* Quæ vero causa erat, quod reges, Herodes Ascalonita et Pontius Pilatus convenirent, hoc est, conspirarent, et impetum facerent contra Christum? Aut quid rei erat, quod principes Judæorum, impii illi, pestilentissimi et facinorosissimi homines, Scribas dico, Pharisæos et legisperitos, in unum congregati sunt, et contra Dominum, hoc est Patrem, insanierunt, contraque Christum ejus, scilicet Filium? Nam qui non honorat Filium, is neque Patrem honorat[7]. Quandoquidem igitur et quæ ab illis patrata sunt, Domini potentiam adhuc magis demonstrarunt, ipsorumque conatus plane contrarium exitum sortiti sunt : idcirco videtur illos David quasi irridere, ut qui in vanum omnia tentarunt : vel fortasse etiam accusare. Qua enim, B quæso, causa culpave in Christo deprehensa concursu facto ipsum in crucem sustulerunt? Nonne ipse est, qui gentibus sapientiam dedit, qui regibus imperium tribuit; qui principibus dominatum confirmat? qui denique Judæis summa et proclamatissima illa operatus est miracula?

Et in versum sequentem scribens :

Ἀθανάσιος. (53) Ἐνταῦθα λείπει τὸ, λέγοντες, ἵνα ᾖ ἡ διάνοια αὕτη· *Συνήχθησαν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ*, λέγοντες· *Διακόψωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν.* Τίνων; τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· οὐ γὰρ ἤθελον εἴσω τῆς ἱερᾶς γενέσθαι σαγήνης· *Ἀποῤῥίψωμεν δὲ τὸν ζυγὸν*, τουτέστι τὸν εὐαγγελικὸν νόμον καὶ τὴν ἐντολὴν, περὶ οὗ γέγραπται· *Ὁ ζυγός μου χρηστός ἐστι.* Τοῦτο δὲ αὐτὸς ὀνειδίζων αὐτοῖς διὰ Ἱερεμίου ἔλεγεν· *Εἶπας· Οὐ δουλεύσω σοι*· τουτέστιν, Οὕτως ἐπολιτεύσω, ὥστε ἀποσείσασθαι τὴν ἐμὴν δουλείαν. Ἢ τοίνυν ταῦτα ἐκ προσώπου τῶν Ἰουδαίων εἴρηται ἀθετούντων τὴν εἰς τὸν Κύριον ὑποταγὴν, καὶ οὔτε αὐτῷ οὔτε τῷ Πατρὶ ὑποζεύχθαι θελόντων· ἢ καὶ τοῖς πιστεύσασι τὸ Πνεῦμα παρεγγυᾷ καὶ λέγει· Μὴ ὁμοιωθῶμεν τοῖς ἐπιβουλεύσασι τῷ Χριστῷ, μηδὲ συνδεθῶμεν αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμόνοιαν· ἀλλὰ καὶ τὸν βαρὺν τοῦ παλαιοῦ νόμου ζυγὸν ἀποτιναξώμεθα, μηδὲν ἡγούμενοι τὰ ἐν τύποις, εἰ μὴ νοοῖντο πνευματικῶς. Ἀσυντελὲς γὰρ πρὸς δνησιν ἡ σκιὰ, εἰ μὴ τὸ Χριστοῦ μυστήριον ζωγραφεῖ.

Athanasius. Deest hic illud, dicentes, ut hic sit sensus, *Congregati sunt contra Dominum et contra Christum ejus*, dicentes : *Dirumpamus vincula eorum.* Quorum? Patris nimirum et Filii : nolebant enim intra sacram Domini sagenam esse : *abjiciamus* vero etiam *jugum ipsorum*, hoc est, legem et præcepta Evangelii, de quo scriptum est : *Jugum meum suave est*[8]. Hoc vero etiam ipsemet Dominus C ipsis exprobrat per Jeremiam, dum ait : *Dixisti : Non serviam tibi*[9], quasi dicat, Sic te gessisti, ut servitutem meam excuteres. Aut igitur hæc tanquam ex Judæorum persona dicuntur, qui subesse Domino recusant, et nec ipsi, neque Patri ejus subjici volunt : aut certe Spiritus credentes admonet et dicit : Ne assimilemur iis qui Christo insidiati sunt, neque connectamur ipsis consentiendo : quin potius grave illud veteris legis onus abjiciamus, nihil æstimantes typos illos, nisi spiritualiter intelligantur. Umbra namque res quædam est imperfecta atque inutilis, si Christi mysterium non describit.

Et in illa verba : « Tunc loquetur ad eos in ira sua, » v. 5.

Ἀθανασίου. (54) Τότε. Πότε, ἢ ὅτε ἔλεγον· *Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν;* Τίνα δέ ἐστιν ἐν ὀργῇ παρ' αὐτοῦ λαληθέντα; *Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Καὶ τοῖς νομικοῖς, οὐαί.* Ἢ τὸ, *Τότε*, εἰς τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ἀναφέρεται, *ὅταν ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.* Τότε γὰρ ταράξει αὐτοὺς λέγων· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι.* Ἐπειράθησαν δὲ θείας ὀργῆς, καὶ ὅτε ἡ Ῥωμαϊκὴ αὐτοῖς ἐπιστᾶσα στρατιὰ τήν τε πόλιν ἐνέπρησε, καὶ τὸν

D *Athanasii.* Tunc. Quando, nisi cum dicerent : *Dirumpamus vincula ipsorum?* Porro quæ sunt illa, quæ in ira ab ipso dicta sunt? Hæc scilicet : *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi, quia tolletur a vobis regnum Dei*[10]. *Et vobis legisperitis, væ*[11]. Vel certe illud, *tunc*, refertur ad tempus judicii, quando *videbunt in quem transfixerunt*[12]. Tunc enim conturbabit eos, dicens : *Discedite a me, maledicti*[13]. Divinam autem iram Judæi experti sunt, cum Romanus in ipsos irruens exercitus urbem incendit, templum

(53) Hæc habentur superius, sed breviora.

(54) Hæc item superius, sed pauciora.

[7] Joan. v, 23. [8] Matth. xi, 30. [9] Jerem. ii, 20. [10] Matth. xxi, 43. [11] Luc. xi, 46. [12] Joan. xix, 37. [13] Matth. xxv, 41.

Digitized by Google

expilavit, et denique maximam ipsorum partem morte delevit.

A

ναὸν ἐπόρθησε, καὶ τοὺς πλείονας αὐτῶν θανάτῳ παρέπεμψεν.

Idem in inscriptionem psalmi tertii.

Athanasii et Cyrilli. Tertii psalmi inscriptio remittit nos ad historiam, quæ exstat in secundo libro Regnorum. Habuerat David ex diversis uxoribus complures filios. Inter hos Amnon erat primogenitus; ex alia vero conjuge suscepti Abessalom, et Thamar filia, uterque forma egregia. Hujus amore correptus Amnon, ac morbum simulans, cum a Davide visitaretur, petiit ab ipso, ut sororem sibi curatricem adesse juberet. Atque ita eam corrupit: post etiam odio habens, domo ejecit. Ipsa vero fratri Abessaloni de injuria conqueritur. Qui licet vehementer esset commotus, iram tamen dissimulat. At aliquanto post tempore Amnonem ad cœnam vocatum interimit, metuensque patris iram, fugit: demumque post tres annos revertitur, ira Davidis jam remissa. Non illico tamen in conspectum Patris admissus, sed demum post duos annos. Tunc vero insidias Patri struere cœpit, currusque sibi et equites comparavit, sibique conciliavit eos, qui regem judicii causa adibant, sub specie benevolentiæ et clementiæ subjiciens sibi Patris subditos, cogensque ingentem transfugarum multitudinem, ut Patri insidias tenderet. Ad extremum, defecit, seque regem nuncupavit. Assumpsit vero cum multis aliis etiam Achitophelem, qui Davidi erat a consiliis, virum vafrum et industrium. Quo audito, fugit David cum iis, qui circa ipsum erant, nudis pedibus. Tunc etiam Semei ipsum exsecratus est. Precatus vero David, ut Deus consilium Achitophelis velit facere irritum, submittit etiam Chusi, amicum suum, qui sententiæ illius contradicat, ac per sacerdotes Sadocum et Abiatharem sibi omnia significet Abessalonis consilia. Chusi vero, ubi ad parricidam pervenit, ab ipso tanquam fidelis et benevolus creditus, una cum Achitophele in medium consulere jubetur, quo pacto bellum geri oporteat. Et Achitophel quidem auctor est, ut Abessalom, prius tamen cum patris pellicibus congressus, eum a tergo persequatur, atque imparatum aggrediatur. Chusi autem, de pellicibus quidem nihil consilii dat; at ut e vestigio in patrem impetum faciat, hoc Abessaloni dissuadet. Ne, inquit, in montibus in ipsum incidens, clade accepta, cum exercitum perdas, tum vero ipse in patris manus captivus pervenias. Parricida igitur dicente: *Melius est consilium Chusi, quam Achitophelis*[14], mœrore correptus Achitophel sibi ipsi laqueo vitam eripuit. Chusi vero omnia Davidi per sacerdotes significavit: jussitque insuper etiam fugere. Deinceps vero cum Abessalom rebus omnibus instructis, corruptis etiam prius patris pellicibus idque publice, patrem persequeretur, David quidem ipse in aciem non prodiit; ducibus vero suis credito exercitu præcepit ipsis, dicens: *Parcite filio meo Abessaloni*[15]. Prælio vero acri

B

C

D

Ἀθανασίου, *Κυρίλλου. Sic absque copula utrumque nomen conjungens: forte ex utroque sequentia conflata esse innuere volens.* Ἡ τοῦ τρίτου ψαλμοῦ ἐπιγραφὴ πρὸς τὴν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν ἱστορίαν ἡμᾶς παραπέμπει. Τῷ Δαυὶδ ἐκ διαφόρων γυναικῶν παῖδες ἐγένοντο πλείονες. Ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀμνὼν ἦν πρωτότοκος· ἐξ ἑτέρας δὲ ὁ Ἀβεσσαλὼμ καὶ ἡ Θάμαρ, ἄμφω τὴν ὄψιν καλοί. Ταύτης ἠράσθη ὁ Ἀμνών· καὶ νοσεῖν ὑποκρινάμενος, ἐπειδὴ ὁ Δαυὶδ αὐτὸν ἐπεσκέψατο, παρεῖναι ἠξίου τὴν ἀδελφὴν αὐτὸν θεραπεύσουσαν. Καὶ διαφθείρας, εἶτα μισήσας, εὐθὺς ἐξέπεμψεν. Ἡ δὲ τῷ ἀδελφῷ Ἀβεσσαλὼμ τὴν ὕβριν ἀπήγγειλε. Κἀκεῖνος ἀγανακτεῖ μὲν, κρύπτει δὲ τὴν ὀργήν. Μετά τινα δὲ καιρὸν τὸν Ἀμνὼν εἰς δεῖπνον καλέσας, ἀπέκτεινε, καὶ φοβηθεὶς τὴν ὀργὴν τοῦ πατρὸς, ἀπέφυγε· μετὰ δὲ τρία ἔτη ἐπάνεισι, τοῦ θυμοῦ κοπάσαντος τῷ Δαυΐδ. Οὐ μὴν καὶ ὄψεως ἀξιοῦται τῆς πατρικῆς αὐτίκα, ἀλλὰ μετὰ δύο ἐνιαυτούς. Ἤρξατο δὲ ἐπιβουλεύειν τῷ πατρὶ, καὶ ἅρματα ἑαυτῷ καὶ ἱππεῖς ἐποίησε, καὶ ἰδιοποιεῖτο τοὺς ἐρχομένους κριθῆναι πρὸς τὸν βασιλέα, σχήματι ἐπιεικείας ὑπαγόμενος τοὺς ὑπηκόους, καὶ πλῆθος ἀποστατῶν συναθροίζων, εἰς ἐπιβουλὴν τοῦ πατρός. Καὶ τέλος ἀπέστη, καὶ βασιλέα ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε. Προσελάβετο δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς καὶ τὸν Ἀχιτόφελ, ὃν ὁ Δαυὶδ εἶχε σύμβουλον, ἄνδρα δεινὸν καὶ δραστήριον. Καὶ ὁ Δαυὶδ ἀκούσας, φεύγει μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν γυμνοῖς τοῖς ποσίν· ὅτε καὶ Σεμεεὶ αὐτῷ κατηρᾶτο. Εὐχόμενος δὲ τὴν τοῦ Ἀχιτόφελ διασκεδασθῆναι βουλὴν ὁ Δαυὶδ, πέμπει καὶ τὸν ἑαυτοῦ φίλον Χουσὶ τῇ ἐκείνου γνώμῃ ἀντιταξόμενον, καὶ διὰ τῶν ἱερέων Σαδὼκ καὶ Ἀβιάθαρ δηλώσοντα αὐτῷ πᾶν ὅ ἂν βουλεύσηται ὁ Ἀβεσσαλώμ. Ὁ δὲ Χουσὶ, ἐπειδὴ πρὸς τὸν πατραλοίαν τοῦτον ἀφίκετο, πιστευθεὶς ὡς εὔνους αὐτῷ, αὐτός τε καὶ Ἀχιτόφελ προτρέπονται ὅ τι δέον περὶ πολέμου εἰπεῖν. Καὶ ὁ Ἀχιτόφελ προτρέπεται, ταῖς τοῦ πατρὸς τοῦτον μιγέντα παλλακαῖς, ὀπίσω διώκειν, καὶ ἀσυντάκτῳ προσβαλεῖν. Ὁ δὲ Χουσὶ περὶ μὲν τῶν παλλακῶν οὐδὲν ἀπεφήνατο· ἐξορμᾷν δὲ εὐθὺς κατὰ τοῦ πατρὸς οὐ συνεχώρει τῷ Ἀβεσσαλώμ· ἵνα μὴ, ἐν δρεσι, φησὶν, ἐμπεσὼν καὶ δυσφορίαις, τό τε στρατόπεδον διαφθείρῃς, καὶ αὐτὸς ταῖς τοῦ πατρὸς ληφθείης χερσί. Τοῦ δὲ πατραλοίου εἰπόντος· *Ἀγαθὴ βουλὴ Χουσὶ ὑπὲρ τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ.* λυπηθεὶς Ἀχιτόφελ ἀπήγξατο. Ὁ δὲ Χουσὶ τῷ Δαυὶδ πάντα διὰ τῶν ἱερέων ἐδήλωσε, καὶ φεύγειν ἔτι ἐκέλευσεν. Ἐπεὶ δὲ παρασκευασάμενος ὁ Ἀβεσσαλὼμ ὀπίσω τοῦ πατρὸς κατεδίωξε, πρότερον ταῖς ἐκείνου παλλακαῖς ἐν ὑπαίθρῳ μιγείς, ὁ μὲν Δαυὶδ οὐκ ἐξῆλθεν αὐτὸς εἰς ἀντιπαράταξιν, ἡγεμόσι δὲ πιστεύσας τὸ στράτευμα, ἐνετείλατο αὐτοῖς λέγων· *Φείσασθέ μου τοῦ παιδαρίου Ἀβεσσαλώμ.* Τοῦ δὲ πολέμου συμβαλόντος ἐν τῷ δρυμῷ Ἐφραΐμ, πίπτουσι μὲν εἴκοσι χιλιάδες ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ στρατεύματος τοῦ Ἀβεσσα-

[14] II Reg. xvii, 14. [15] II Reg. xviii, 5.

Digitized by Google

λώμ· αὐτὸς δὲ, ὡς εἶχεν, ἔφευγε στρέψας τὸν χαλινόν. Βαθεῖαν δὲ τὴν κόμην καὶ πολλὴν τρέφων, ἐμπλέκεται ταύτην δρυΐ· καὶ ἡ μὲν ἡμίονος ἐκ τῶν σκελῶν αὐτοῦ διωλίσθησεν· ὁ δὲ μετέωρος ἐπὶ τοῦ δένδρου ἐκρεμᾶτο, ἕως, ἰδών τις αὐτὸν, ἀπαγγέλλει τῷ Ἰωάβ. Εἷς δὲ τῶν τοῦ Δαυῒδ ἡγεμόνων ἦν ὁ Ἰωάβ. Καὶ οὗτος, τρία βέλη λαβὼν ἀπὸ χειρὸς, εἰς τὴν καρδίαν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐνέπηξε, καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. Ὁ δὲ Δαυῒδ, ἀκούσας, πενθεῖ· *Υἱέ μου*, λέγων, *Ἀβεσσαλὼμ, υἱέ μου. Τίς δῴη τὸν θάνατόν μου ἀντὶ σοῦ;* Καὶ οὕτω τοῦ τυράννου διαφθαρέντος, πάλιν ὁ Δαυῒδ τὴν βασιλείαν ἀναλαμβάνει. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον. Τὸν δὲ μετὰ χεῖρας ψαλμὸν συνέταξεν ἔτι διωκόμενος. Διὸ καὶ θρήνους ἔχει καὶ ὀλοφυρμούς. Ἀναχθήσεται δὲ καὶ εἰς Χριστὸν ὁ ψαλμὸς, τὸν ἀληθινὸν Δαυῒδ· Δαυῒδ γὰρ ἑρμηνεύεται *πεποθημένος καὶ ἱκανὸς χειρί.* Τίς δ' ἂν εἴη ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς πεποθημένος ἢ ὁ Χριστὸς, *ὁ ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων;* Τίς δὲ ἱκανὸς τῇ χειρὶ, εἰ μὴ ὁ ἰσχυρὸς Ἰησοῦς, ὁ τῇ δυνάμει τῆς θεότητος πάντας τοὺς ἀλλοφύλους τροπωσάμενος δαίμονας; Τοῦτον γὰρ ἐδίωκεν, ὡς ἄλλος τις Ἀβεσσαλὼμ, ὁ αἰσθητὸς καὶ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, οἱ Ἰουδαῖοι. Περὶ ὧν λέγει διὰ Ἡσαΐου· *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.* Συνήργει δὲ πρὸς τὴν δίωξιν, οἷά τις Ἀχιτόφελ ὁ Ἰούδας· ὃν σύμβουλον εἶχεν ὁ νοητὸς Δαυῒδ ὁ Χριστός. Περὶ αὐτοῦ γὰρ εἴρηται ἔν τινι τῶν ψαλμῶν· *Σὺ δέ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου.* Ἀλλὰ γὰρ Ἰούδας μὲν παραπλησίως τῷ Ἀχιτόφελ ἀπελθὼν ἀπήγξατο· ὁ δὲ Χριστὸς, ἀποστέλλων τοὺς ἡγεμόνας αὐτοῦ μαθητὰς εἰς τὸν κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ πόλεμον, ἐνετέλλετο, ὥσπερ ὁ Δαυῒδ, ἵνα φείσωνται τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, οὕτω καὶ αὐτὸς, ἵνα τοὺς Ἰσραηλίτας μὴ παρόψωνται· *Ἔσεσθε γάρ μοι*, φησὶ, *κήρυκές τε καὶ μάρτυρες ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.* Ὥσπερ δὲ καὶ ἡ ἡμίονος καὶ αἱ τρίχες τὸν Ἀβεσσαλὼμ τῷ θανάτῳ παρέδωκαν, οὕτω τοὺς Ἰουδαίους ἡ ἀλογία καὶ τὸ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἔξω καὶ σωματικοῖς τῆς ἀληθινῆς ζωῆς ἀπεστέρησε· καὶ οὔτε τῆς γῆς ἀπολαύειν εἴασεν, οὔτε τοῦ οὐρανοῦ.

A commisso in querceto Ephraemitico, cadunt de exercitu Abessalonis vicies mille : ipse vero, laxis, prout valebat, habenis aufugit. Sed quia densam ac plurimam comam aluerat, ea in quercu quadam implicita, mula subtus ipso abeunte, ipse sublimis in arbore pendebat : donec forte conspicatus quidam id Joabo renuntiat. Erat vero hic unus de Davidis ducibus. Is ergo sumptis tribus hastis, cor Abessalonis transverberat, atque ita ipsum e medio tollit. Quo audito, lamentatur David : *O fili mi*, aiens, *Abessalom, o fili mi. Quis dederit ut ego moriar pro te*[16]? Sic igitur, sublato tyranno, David rursum in regnum restituitur. Sed hæc posterius. Quod vero præsentem psalmum attinet, conscripsit eum David, cum adhuc persecutionem pateretur. Quamobrem etiam planctus continet et ejulatus. Potest B autem etiam de Christo intelligi, vero illo Davide. David enim si reddas, significat, *desideratum et manu promptum*. Quis autem natura et vere desideratus, nisi ipse Christus; utpote qui est *speciosus forma præ filiis hominum*[17]? Aut quis manu tam promptus, quam est fortis Jesus, qui potentia deitatis suæ de universa allophylorum, seu dæmonum multitudine tropæa erexit? Hunc enim persecutus est, ut secundus quidam Abessalom, sensibilis ille, et secundum carnem Israel; Judæi scilicet. De quibus pronuntiat per Isaiam : *Filios genui et exaltavi : ipsi vero spreverunt me*[18]. Adjuvit vero persecutionem instar Achitophelis cujusdam, Judas; quem consiliorum suorum participem habebat Christus, C intelligibilis ille David. De illo enim dicitur in quodam psalmo : *Tu vero, o homo unanimis, dux meus, et notus meus*[19]. Judas etiam consimiliter Achitopheli seipsum laqueo suffocavit; Christus vero emittens duces suos discipulos ad bellum contra hostes suos gerendum, præcepit ipsis, quemadmodum David, ut parcerent Abessaloni, sic et ipse, ne Israelitas negligerent. *Eritis enim*, inquit, *mei præcones testesque in Jerusalem, et in universa Judæa et Samaria, et usque ad ultimum terræ*[20]. Ad hæc quemadmodum mulus et comæ Abessalonem neci tradiderunt, sic etiam Judæos bruta ipsorum insipientia, et animus in rebus externis et corporalibus defixus, inque iis omnem spem ponens, vera vita privavit : et nec terra, neque cœlo perfrui permisit.

Deinde subsequitur Athanasii nomine argumentum psalmi VII *prout habetur superius.*

Item illa verba psalmi XI, *Ὅτι ὠλιγώθησαν ἀλήθειαι, etc., præmissa prius Chrysostomi sententia, subjicit :*

(55) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον σαφῶς ὁ λόγος ἐνταῦθα τὴν Ἰουδαίων ἀπιστίαν ἐλέγχει. Διὸ Μωσῆς πρὸς αὐτοὺς ἀπέτεινε φάσκων· Υἱοὶ ἀνθρώπων οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.

D Sed secundum magnum illum Athanasium evidenter arguunt hæc verba Judæorum infidelitatem. Quare Moses ad eos respexit, cum diceret : Filii hominum, in quibus nulla fides est[21].

Et in ejusdem psalmi versum sequentem, præmissa rursum Chrysostomi explicatione.

Κυρίλλου καὶ Ἀθανασίου. Τοῦτο καὶ ἐπὶ Ἰουδαίων ἀληθές· *Ἕκαστος ἐλάλησε μάταια πρὸς τὸν πλησίον*, τὰς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συνάγων ἐπιβουλάς.

Cyrilli et Athanasii. Hoc etiam de Judæis verum est : *Unusquisque* enim *vana locutus est ad proximum suum*, Salvatori nostro insidias struens.

[16] II Reg. XIX, 40. [17] Psal. XLIV, 4. [18] Isa. I, 2. [19] Psal. LIV, 14. [20] Act. I, 8. [21] Deut. XXXII, 5, 6.

(55) Hæc apprime conveniunt cum interpretatione psalmi XI, ubi ad Judæos hæc referuntur.

Digitized by Google

Tum etiam Græcorum poetæ et oratores, qui cum omnino nullam ejus rei curam haberent, verane essent quæ dicerent, conscripserunt singuli, sine prævio examine, quæ ipsis videbantur, hunc solum finem habentes, ut nimirum linguæ suæ elegantiam ostentarent.

A Καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι δὲ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι, κατ' οὐδένα τρόπον τοῦ ἀληθεῖς εἶναι φροντίσαντες, συντεθείκασιν ἀδασανίστως τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, σκοπὸν ἔχοντες ἕνα, τὸ ἐπίδειξιν ποιήσασθαι γλώττης.

Item in psalm. XIII *ἐπιγραφήν.*

Athanasii. Secundum anagogen vero, aperit in hoc psalmo et explicat clarissime hominum impietatem et legis prævaricationem in omnibus suis conatibus : ut hinc necessitatem adventus Christi prædicet. Atque sic quidem divus Athanasius : secundum autem magnum Basilium, etc.

(56) Ἀθανασίου. Κατὰ μέντοι ἀναγωγὴν, διαῤῥήδην ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ σαφηνίζει τῶν ἀνθρώπων τὴν εἰς τὸ παντελὲς τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν, ἵνα τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἐπιφανείας ἀνακηρύξῃ Χριστοῦ. Καὶ οὕτως μὲν ὁ θεῖος Ἀθανάσιος· κατὰ δὲ τὸν μέγαν Βασίλειον, etc.

Similiter in titulum psalm. XIV, *præmissa Theodoreti sententia, subjicit :*

Athanasius autem et Basilius, magni illi Patres, B aiunt, Davidem psalmum hunc cecinisse, ut doceret, quidnam illud sit, quod hominem præparet ad beatam illam quietem consequendam. Quare, cum propositum esset in hoc psalmo hominem perfectum describere, eum, inquam, qui beatitudinis particeps futurus est, ordine ac via quadam utitur in iis quæ in ipso spectari solent, a proximis ac primis facto exordio. Sic igitur incipit, *Domine*, etc.

(57) Ἀθανάσιος δὲ καὶ Βασίλειος, οἱ μεγάλοι Πατέρες, φασίν· ὅτι τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ὁ Δαυὶδ διδάσκων, τί ἂν ἄνθρωπον παρασκευάσοι τῆς μακαρίας ἐκείνης τυχεῖν λήξεως. Διὸ τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράψαι βουλόμενος, τὸν τῶν μακαρισμῶν, ἐπιτυγχάνειν μέλλοντα, τάξει τινὶ καὶ ὁδῷ τῶν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων χρησάμενος, ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων καὶ πρώτων τὴν ἀρχὴν πεποίηται. Ἀρχόμενος οὖν φησι· *Κύριε*, etc.

Rursum in psalm. XV *illa verba,* « *Sanctis qui sunt in terra,* » *etc., v.* 3.

Athanasius. Sanctos esse ait hic, qui in Spiritu sunt sanctificati : Christi vero terram, Ecclesiam. Illud vero, *Mirificasti*, pro, Declarasti, ponitur. Voluntates porro ipsius Patris intelligit. Ut universorum hic sit sensus : Iis qui in fide sanctificati sunt, C cognitam reddidit voluntatem Patris. Potes tamen hunc versum sic intelligere : Admirabiles reddidit Deus sanctos suos. Quare ? Quia voluntates ejus omnes in ipsis erant, et ab ipsis implebantur.

(58) Ἀθανάσιος. Ἁγίους εἶναί φησιν ἐνταῦθα τοὺς ἡγιασμένους ἐν Πνεύματι· Χριστοῦ δὲ γῆν τὴν Ἐκκλησίαν· τὸ δὲ, *Ἐθαυμάστωσας*, ἀντὶ τοῦ, Ἐφανέρωσας. Θελήματα δὲ αὐτοῦ τοῦ Πατρός· ἵν' ᾖ τὸ ὅλον οὕτω· Τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πίστει γνωστὸν ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. Νοήσεις δὲ τὸν στίχον καὶ οὕτως· Ἐθαυμάστωσε τοὺς ἁγίους ὁ Θεός. Διὰ τί; Διότι τὰ θελήματα αὐτοῦ πάντα ἐν αὐτοῖς ἦσαν, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐγίνοντο.

Adhuc ad inscriptionem psal. XVIII.

Athanasius. Quandoquidem David hoc loco canit, ut et in XXIII psalmo, rerum omnium opificium, reprehendit eos, qui mundum a seipso et casu exstitisse dicunt, et nulla regi providentia : illos etiam, qui serviunt creaturæ præ Creatore. Quid igitur loquitur ad eos qui ex gentibus vocati sunt?

(59) Ἀθανάσιος. Ἐνταῦθα μέντοι ὁ Δαυὶδ, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ, ψάλλων τὰ τῆς γενέσεως, αἰτιᾶται τοὺς αὐτόματα λέγοντας ὑφεστάναι τὰ ὄντα καὶ ἀπρονόητα εἶναι, καὶ τοὺς λατρεύοντας τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Τί οὖν ἄρα φησὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις; *Sic ibi sensu incompleto.*

Item in ejusdem psalmi verba ista, Οὐκ εἰσὶ λαλιαί, etc., v. 4.

Porro S. Cyrillus et maximus ille Athanasius D per modum interrogationis legunt, quod hic dicitur : *Nonne sunt loquelæ, aut sermones, quorum voces non audientur?* quasi dicat David : Nonne audiuntur etiam mutarum sive rerum, sive operum voces absque sermone et lingua ? Sane, dicat aliquis. Nam quemadmodum textoris artificium clamat varia ac versicolor vestis ; ac navis, in qua nihil reprehendi potest, opificem suum prædicat ; fabrum denique ipsius opus : sic et creatura, cujus mentionem fecimus, etsi sermone ac ratione de-

(60) Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος καὶ ὁ παμμέγας Ἀθανάσιος ἐν ἐρωτήσει ἀναγινώσκουσι τὸ, *Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούσονται αἱ φωναὶ αὐτῶν*; τουτέστιν· Ἆρα οὐκ εἰσὶ καὶ τῶν ἀφώνων, ἢ πραγμάτων, ἢ ἔργων, φωναὶ χωρὶς λόγου καὶ γλώττης ; Ναὶ, φαίη ἄν τις. Ὥσπερ γὰρ τοῦ ὑφάντου τὴν τέχνην ἡ πολυποίκιλος ἐσθὴς ἀναβοᾷ, καὶ τὸν ναυπηγὸν ἡ ἀδιαβλήτως ἔχουσα ναῦς ἀνακηρύττει, καὶ τὸν σιδηρέα τὸ ἔργον αὐτοῦ· οὕτω καὶ ἡ κτίσις, ἧς ἀρτίως διεμνημονεύσαμεν, ἄφωνος μὲν, ἤγουν ἄλογος· λαλιὰ δὲ ὥσπερ αὐτῆς τὸ θαῦμά ἐστι, καὶ

(56) Hoc argumentum superius præmittitur psalmo XIV, sed priora verba, κατὰ μέντοι ἀναγωγήν, ibi desunt.

(57) Vide psal. XIV.

(58) Hæc leguntur ad versum 3 psal. XV, et paulum mutata et auctiora hic sunt.

(59) Hæc non leguntur in *Expositionibus*, sed sunt Athanasio digna.

(60) Vide ibid. superius ad versum 4.

Digitized by Google

οἷον φωνὴ τὸ κάλλος καὶ εὐταξία. Τὸ γὰρ διήγημα τὸ A
οὐράνιον καὶ τὸ ῥῆμα τὸ παρὰ τῆς ἡμέρας βοώμε-
νον φωνὴ μὲν ἔναρθρος οὐκ ἔστιν, οὔτε λαλιὰ διὰ
στόματος· διδασκαλία δὲ θείας δυνάμεως γίνεται τοῖς
ἐπαΐειν ἐπισταμένοις σιωπώσης φωνῆς. Πλὴν ἄφωνον
τὴν κτίσιν εἰπὼν ὁ Δαυὶδ, ἀπέφηνεν, ὅτι μήτε ἔμ-
πνους, μήτε λογική, κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς Ἑλλήνων
σοφοῖς. Ζῶον γὰρ εἶναί φασιν ἓν τὸν σύμπαντα τοῦ-
τον κόσμον· ζῶα δὲ ὁμοίως καὶ τὰ μέρη, ἐξ ὧν συμ-
πληροῦται.

stituitur, loquelæ tamen instar ipsa est, admiranda ipsius magnitudo, voxque est eximia ipsius pulchritudo et ordinatissima dispositio. Cœlorum namque narratio, verbaque, quæ dies loquitur, quantumvis non constent voce articulata, neque fiant ministerio oris; docent tamen divinam potentiam eos, qui vocem mutam audire ac intelligere norunt. Quanquam etiam hoc asseruit David, cum mutam diceret creaturam, quod nimirum neque animata, neque rationalis sit, ut Græcorum sapientibus placet. Hi namque animal quoddam unum esse dicunt universum hunc mundum: imo et partes ejus, ex quibus constat, animalia existimant.

Item in titulum psal. XIX.

(61) Εἰς τὸ τέλος καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐπιγέ- B
γραπται, μελλόντων τινῶν ἔχων προαγόρευσιν. Κατὰ
γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, λέγεται μὲν ὁ ψαλμὸς ὡς
ἐκ προσώπου τῶν περὶ τὸν Δαυὶδ ἑταίρων, αὐτῷ τῷ
Δαυὶδ ἐπευχομένων ποιοῦντι θυσίαν· ἀναφέρεται δὲ
καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἀποστόλων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ τοῦ
σταυροῦ τῷ Χριστῷ συνευχομένων.

Inscriptio etiam hujus psalmi est, *In finem*, quia futurorum quorumdam prædictionem continet. Nam secundum magnum illum Athanasium, dicitur hic psalmus in persona amicorum Davidis, ipsi sacrificanti astantium beneque precantium. Referri tamen potest etiam ad apostolos, qui Christo, cum crucifigeretur, preces suas conjungebant.

Et in psal. XXVIII *hæc verba,* « *Et conteret cedros Libani,* » *etc., v.* 5.

(62) Κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, κέδροι Λιβά-
νου οἱ ὑψηλοὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ, διὰ τὸ ὠνο-
μάσθαι πολλάκις ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ Λίβανον τὴν
Ἱερουσαλήμ. Ὁ δὲ μόσχος τὸ θυσιαστήριον δηλοῖ.
Συντρίβονται οὖν αὐτοί τε καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς εἰς τέ-
λος θυσιαστήριον.

At secundum magnum Athanasium, cedri Libani dicuntur eminentiores in populo Judaico, eo quod Jerusalem persæpe Libanus vocetur in sacra Scriptura. Vitulus vero significat altare. Conteruntur igitur in finem et ipsi Judæi et eorum altare.

At in psal. XXXIV, *verba ista,* « *Et oratio mea in sinum meum,* » *etc., adnotat, v.* 13.

(63) Κατὰ δὲ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον, τὸ ἀποστρα- C
φῆναι εἰς κόλπον τὴν ὑπὲρ Ἰουδαίων τοῦ Χριστοῦ
προσευχὴν σημαντικὸν ἂν εἴη τοῦ ἐναπομεῖναι ἐκεί-
νους τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μηδὲν ὠφεληθῆναι, τῇ ὑπερ-
βολῇ τῆς ἀπονοίας τὴν προσευχὴν ὥσπερ ἀνακάμψαι
ποιήσαντας. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος, θεωρῶν τὸν κατα-
ληψόμενον αὐτοὺς ὄλεθρον, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπ-
ώλειαν, ἐπένθει ὑπὲρ αὐτῶν· οἱ δὲ τοιαῦτα ἔπρατ-
τον, ὡς τὴν εὐχὴν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν μὴ παρα-
πέμπεσθαι εἰς τὰ ὦτα τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἀν-
τικρουομένην ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς αὐτῶν δυσσε-
βείας, καθέλκεσθαι καὶ ἐπαναστρέφειν πρὸς αὐτόν.
Διὸ ἔλεγε· *Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου*
ἀποστραφήσεται. Εἰ γὰρ σώζεσθαι ἔμελλον καὶ με-
ταβαλεῖν τῶν ἀσεβημάτων, εὐθυδρομοῦσα ἡ προσευ-
χὴ τοῦ Σωτῆρος ἀκωλύτως ἂν καὶ ἀπαραποδίστως D
ἐπὶ τὰ ὦτα τὰ πατρικὰ παρῆει.

Secundum vero divum Athanasium, quod Christi precatio pro Judæis in sinum ejus revertitur, denotat eos peccato suo immanere, nec quidquam juvari eo quod insaniæ suæ exsuperantia efficiunt, ut preces Christi quasi retrorsum flectantur. Dominus enim, cum intueretur extremam perniciem quæ ipsos comprehensura erat, mœrore ingenti eorum causa afficiebatur: ipsi vero talia agebant, ut preces Christi pro ipsis neutiquam transmitterentur ad aures usque Patris, sed repercussæ quodammodo a magnitudine impietatis ipsorum retraherentur ac reverterentur ad Dominum. Ideoque aiebat: *Et oratio mea in sinum meum revertetur.* Nam si salvandi fuissent et ab impietate convertendi, transiisset utique precatio Salvatoris recto cursu, atque a nemine impedita ad aures usque paternas accessisset.

In psal. XXXVIII *verba,* « *Utique in imagine ambulat homo,* » *v.* 7.

(64) Κατὰ δὲ τοὺς πάνυ Ἀθανάσιον καὶ Κύριλλον·
Ἐπειδὴ ἐν εἰκόνι καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ νῦν διαπορεύε-
ται ὁ ἄνθρωπος· ἡ γὰρ ἀληθὴς ζωὴ κατὰ τὸν μέλ-
λοντα αἰῶνά ἐστιν· εἰκότως ὁ ψάλλων τὴν εἰκόνα μα-
ταιότητα προσεῖπεν. Ἐπειδὴ οὐ τὴν ἀληθινὴν νῦν
ζῶμεν ζωὴν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἐν εἰκόνι, οὐδὲ περὶ τὰ
ὄντως ἀγαθὰ ποιούμεθα τὴν σπουδὴν, διὸ μάτην τα-

Sententia vero magnorum Athanasii et Cyrilli hæc est: Quandoquidem homo nunc non in veritate, sed in imagine incedit, vita enim vera demum in futuro erit sæculo, idcirco fortassis Psaltes vanitatem appellavit imaginem. Quia ergo non veram hic vivimus vitam, sed talem, quæ est quasi in imagine, neque circa vera bona versamur, idcirco

(61) Est argumentum psalm. XIX.
(62) Habetur ibid.
(63) Hæc habentur ibidem, sed multo pauciora.
(64) Expressum ex interpretatione hujus versiculi, supra.

Digitized by Google

frustra conturbamur circa mundana desideria nos volventes, ac congerentes thesauros, quorum hæredes futuros non novimus.

ραssόμεθα περὶ κοσμικὰς ἐπιθυμίας στρεφόμενοι, καὶ συνάγοντες θησαυροὺς ὧν οὐκ ἴσμεν τοὺς διαδόχους.

In illa verba psal. XLI, « *Quemadmodum desiderat cervus.* »

At secundum magnos Athanasium et Cyrillum : Quia in proxime præcedente psalmo ex persona Christi ad Patrem hæc dicta sunt : *Excita me, et retribuam ipsis* [22], idcirco hic Christum cruci affigentium persona inducitur, qui intolerabiliter laborabant; cum manifestum sit, eos tandem assumendos esse, insertos, ut ait Paulus [23], propriæ oleæ. Ista igitur Israel resipiscens loquitur.

(65) Κατὰ δὲ τοὺς μεγάλους Ἀθανάσιον καὶ Κύριλλον· Ἐπείπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἐκ τοῦ Σωτῆρος πρὸς τὸν Πατέρα εἴρηται· *Ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς*, νῦν τὸ τῶν ἐσταυρωκότων ὑπόκειται πρόσωπον, οἳ πεπόνθασιν ἀνήκεστα, προδήλου ὄντος, ὡς ὕστερον προσληφθήσονται, ἐγκεντρισθέντες, ὥς φησι Παῦλος, τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ. Μεταγινώσκων οὖν ὁ Ἰσραὴλ ταῦτά φησιν.

Sic in versus seouentis verba, « *Sitivit anima mea ad Dominum.* »

Athanasii et Cyrilli. Quandoquidem qui Christum in crucem tulerant, dolent de suo casu ac resipiscunt, idcirco dicunt, se sitire Deum, ac fontem, qui apud ipsum est, desiderare : de quo dictum est : *Quia apud te est fons vitæ* [24]. Desiderant etiam Deo appropinquare, affectu scilicet et sanctificatione quæ est per fidem in Christo. Et quem ad mortem tradiderant atque interfecerant, principem, inquam, vitæ nostræ, eum appellant Deum viventem. Illud vero : *Quando veniam?* desiderantium est vocationem futuram, et cognoscere cupientium tempus illud, in quo etiam ipsi coram facie Dei et Patris versabuntur (quæ eadem etiam Filii est), quantumvis nunc sint a Deo aversi. Avertam enim, inquit, oculos meos a vobis. Quamobrem? Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.

(66) Τοῦ Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου. Ἀλγοῦντες ἐπὶ τῇ ἐκπτώσει οἱ σταυρωταὶ τοῦ Κυρίου καὶ μεταγινώσκοντες, διψῆν λέγουσι τὸν Θεὸν, καὶ τῆς παρ' αὐτῷ πηγῆς ἐπιθυμεῖν· περὶ ἧς εἴρηται· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*. Καὶ ποθοῦσιν ἐγγὺς γενέσθαι Θεοῦ, κατὰ διάθεσιν καὶ ἁγιασμὸν τὸν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. Καὶ ὃν ἀπεκτόνασι, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ τῷ θανάτῳ παρέδωκαν, τοῦτον Θεὸν ὀνομάζουσι ζῶντα (66). Τὸ δὲ, *Πότε ἥξω ;* γλιχομένων ἐπὶ τῆς εἰς ὕστερον κλήσεως, καὶ ζητούντων μαθεῖν τὸν καιρὸν, καθ' ὃν καὶ αὐτοὶ ἐμφανεῖς ἔσονται τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς (ταυτὸν δέ ἐστι καὶ τῷ τοῦ Υἱοῦ)· εἰ καὶ νῦν εἰσιν ἐν ἀποστροφῇ. Ἀποστρέψω γάρ, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. Διὰ τί; Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.

Iursum in versum sequentem.

Athanasius et Cyrillus. Quia Christus prædixerat, inquiens : Quando videritis Jerosolymam circumsessam castris [25]; ubi verbum istud in opus erupit, Romanis eam diripientibus, ejulabant : primum quidem, quod contra Deum quodammodo impegissent; deinde quod excidissent a salute, quæ ab ipso est; tertio denique, quod vicini ipsos invadentes atque conviciis insectantes dicerent : *Ubi est Deus tuus?*

(67) *Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος*. Τοῦ Σωτῆρος προειπόντος· Ὅταν ἴδητε τὴν Ἱερουσαλὴμ κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων· ὅτε πρὸς ἔργον ἐξέβη ὁ λόγος, Ῥωμαίων αὐτοὺς πορθησάντων, ἐθρήνουν· πρῶτον μὲν ὡς προσκεκρουκότες Θεῷ· εἶτα ὡς τῆς ἐξ αὐτοῦ σωτηρίας ἐκπεπτωκότες· καὶ τρίτον, ὅτιπερ αὐτοῖς οἱ ἀστυγείτονες ἐπεμβαίνοντες τὸ, *Ποῦ ἔστιν ὁ Θεός σου ;* διασύροντες ἔλεγον.

In proœmio psal. XLII (68).

Athanasio vero illi magno idem videtur esse hujus psalmi argumentum atque præcedentis. Israelitæ enim rursum accedunt, salutem, quæ per Christum est, postulantes. Ideo alloquuntur Patrem : *Emitte lucem tuam et veritatem tuam.* Ipse enim eos in sanctum montem ducturus erat : hoc est, in cœlum et supernas illas mansiones (quas etiam tabernacula appellat) et ad altare intellectuale : ipse etiam eorum exhilaraturus juventutem. Juventutem vero appellat lætitiam, et renovatam ipsorum animam. Unde et promittunt se ipsi in cithara

Ἀθανασίῳ δὲ τῷ πάνυ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχειν τῷ προτεταγμένῳ καὶ ὁ παρὼν δοκεῖ ψαλμός. Προσέρχονται γὰρ πάλιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν αἰτούμενοι. Διό φασι πρὸς τὸν Πατέρα· *Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου*. Αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ ἅγιον ὄρος εἰσάξειν ἔμελλε· τουτέστιν, εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς τὰς ἄνω μονὰς (ἃς καὶ σκηνώματα ὀνομάζει), καὶ εἰς τὸ νοητὸν θυσιαστήριον· καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἔμελλεν εὐφραίνειν τὴν νεότητα. Νεότητα δὲ καλεῖ τὴν εὐφροσύνην, τὴν καὶ ἀνανεουμένην αὐτῶν τὴν ψυχήν. Διὸ ἐν κι-

[22] Psal. XL, 11. [23] Rom. XI, 24. [24] Psal. XXXV, 10. [25] Luc. XIX, 43.

(65) Expressum ex interpretatione hujus psalmi.
(66) Hæc habentur supra ad hunc versum.
(67) Hæc non habentur superius ad hunc versum.
(68) Vide ibid.

Digitized by Google

θάρᾳ ὑπισχνοῦνται προσφέρειν αὐτῷ τὴν ἐξομολόγησιν. Κιθάραν δὲ πολλάκις τὸ σῶμα νοεῖν ἐδίδαξεν. A oblaturos confessionem. Per citharam vero sæpe corpus intelligi docuit.

Et in ejusdem psalmi verba, « Quia tu es Deus fortitudo mea, » v. 2.

(69) Ἀθανάσιος, Κύριλλος, Θεοδώρητος. Καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς μεταγινώσκοντες κραταίωμα ἑαυτῶν τὸν Θεὸν ἐπιγράφονται· καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες τοῦτον ἰσχὺν ἑαυτῶν τίθενται· καὶ οἱ αἰχμάλωτοι παρ' ἄλλου λυτρωθῆναι οὐκ ἐλπίζουσιν.

Athanasius, Cyrillus, Theodoretus. Et qui ex circumcisione resipiscunt, Deum firmamentum suum appellant: et qui ex gentibus, ipsum fortitudinem suam dicunt: et qui captivi sunt, ab alio se liberandos non sperant.

Item in ista verba, « Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus, » v. 4.

Ἀθανάσιος, Κύριλλος. Κιθάραν τὸ σῶμα λέγει, δι' οὗ πέφυκεν ὁ νοῦς ἀναχρούεσθαι, καθάπερ διὰ χορδῶν τῶν αἰσθητηρίων μελῳδίαν ἀναπέμπων Θεῷ. B Δηλοῖ δὲ ἡ κιθάρα καὶ τὴν νέκρωσιν τοῦ σώματος, καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν ἀρετῶν. Τὴν μὲν γὰρ νέκρωσιν αἱ νευραὶ, τὴν δὲ συμφωνίαν αἱ ἁρμονίαι αἰνίττονται. Ἔδειξε δὲ τὴν μὲν φαιδρότητα τῇ τῆς κιθάρας προσθήκῃ, τὴν δὲ ἀγάπην ἐν τῇ προσφωνήσει τῇ δὶς ἐπαναλαμβανομένῃ· Ὁ Θεός γὰρ, φησὶν, ὁ Θεός μου. Ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, τοῦτον ἐξαίρετον Θεὸν διὰ ζῆλον καὶ πίστιν οἱ ἐκ περιτομῆς μεταγινώσκοντες, καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες ἐπιγράφονται· οἷς καὶ ἡ πνευματικὴ νεότης εὐφραίνεται, ἀντικειμένως ἔχουσα πρὸς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Μόνος γὰρ ὁ πνεύματι καὶ φρονήματι νεάζων συγγενῶς τῷ καινῷ ἀνθρώπῳ καὶ τῇ καινότητι τοῦ πνεύματος εἴσεισι πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν εὐφραίνοντα τὴν τοιαύτην νεότητα.

Ἀθανασίου. (98) Κατὰ δὲ θεωρίαν, ἀλαλαγμός ἐστιν ἐπινίκιος ὕμνος ἐπὶ ἐχθροῖς πεπτωκόσιν ἀδόμενος. Ὡς οὖν ἀνῃρημένων τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου διὰ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, πάντα τὰ ἔθνη τοὺς ἐπινικίους ὕμνους ἀναπέμπειν παρακελεύεται τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ Θεῷ καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τουτέστι τῷ Υἱῷ.

Athanasii. At secundum altiorem intelligentiam : jubilatio est hymnus, qui cantatur propter hostes devictos. Quia igitur principes sæculi hujus per Christi præsentiam sublati sunt : idcirco jubet omnes gentes, ut laudes triumphales Deo offerant, ut qui causa fuerit victoriæ ; et nomini ejus, hoc est Filio. Nam quemadmodum nos ex nomine ipsius

(97) Hæc superius suo loco habentur.
(98) Hæc habentur superius suo loco, sed pauciora.

Digitized by Google

cognoscimur, sic cognoscitur etiam Pater per Filium.

A Ὡς γὰρ ἡμεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ γνωριζόμεθα, οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ Υἱοῦ.

Rursum in sequentem versum 2. *Præcedit similiter Theodoretus* (99).

Cyrillus, Athanasius. At hic quidem verborum sensus est historicus. At secundum spiritualem acceptionem, valde metuenda sunt Christi opera, sive divina ejus miracula, et quod de medio nostri sustulit impurorum dæmoniorum multitudinem. Multitudo autem et abundantia potentiæ, resurrectio ipsius est : quæ quidem subvertit robur mortis ; revocavit vero ad incorruptionem universam hominis naturam. Quia autem Judæi, cum spectatores essent miraculorum Christi, ubi stupere oportebat, ipsi eorum auctorem calumniabantur ac impostorem vocabant, idcirco objurgans eos Psal- B tes ait : Desistite, ac potius dicite ipsi : Tremenda sunt opera tua. Deinde, quoniam videbat eos sibi morem non gerere, averso ab ipsis sermone ad Christum calumniis impetitum se convertit dicens : Multa est potentia tua, quantumcunque hostes tui de te mentiti sint, sponte sua oculos claudentes ad divinum tuum lumen quod mundo apparuit, adeo ut ne quidem præcellentia miraculorum eos ad obedientiam permovere potuerit. Nam cum Dominus noster multitudine potentiæ suam ex mortuis (quod ad humanam naturam attinet, resurrectionem perfecisset, mentiebantur de eo Hebræi hostes ejus : hoc est calumniabantur ejus resurrectionem.

Κύριλλος, Ἀθανάσιος. Καὶ οὕτω μὲν πρὸς ἱστορίαν πρὸς δὲ πνευματικὴν ἔκληψιν λίαν φοβερὰ τὰ ἔργα Χριστοῦ, εἴτουν αἱ θεοσημεῖαι, καὶ τὸ, ἐκποδὼν γενέσθαι τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων τὰ πλήθη. Πλῆθος δὲ καὶ περιουσία δυνάμεως ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ, καταστρέφουσα μὲν τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἅπασαν δὲ τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς ἀφθαρσίαν ἀνακαινίζουσα. Ἐπεὶ δὲ Ἰουδαῖοι, τῶν Χριστοῦ θαυμάτων γενόμενοι θεωροί, δέον ἐκπλήττεσθαι, τὸν τερατουργὸν ἐνδιέβαλλον, καὶ πλάνον ἐκάλουν, ἐπιπλήττων ὁ ψάλλων φησί· Παύσασθε, εἶπατε δὲ μᾶλλον αὐτῷ, ὅτι Φοβερὰ τὰ ἔργα σου. Εἶτα ἐπεὶ ἀπειθοῦντας ἑώρα, ἀφεὶς τὸ πρὸς αὐτοὺς διαλέγεσθαι, τῷ συκοφαντουμένῳ Χριστῷ προσομιλεῖ, λέγων· Πολλή σου ἡ δύναμις, εἰ καὶ οἱ ἐχθροί σου ἐψεύσαντό σε, ἑκουσίως πρὸς τὸ φανὲν τῷ κόσμῳ θεῖόν σου φῶς μύσαντες, καὶ μηδὲ τῶν θαυμάτων τῆς ὑπερβολῆς παρενεγκούσης αὐτοὺς εἰς τὸ πείθεσθαι. Πλήθει γὰρ δυνάμεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκτελέσαντος τὴν οἰκείαν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ Ἑβραῖοι ἐψευσάντο αὐτόν· τουτέστιν, ἐνδιέβαλλον τὴν ἀνάστασιν.

Et in versum proxime cohærentem 4

Athanasius, Cyrillus, Gregorius Nyssenus. Licet, C inquit, Judæi te negaturi sint, subjicietur tamen tibi pro ipsis et adorabit te omnis terra, sive gentes quæ inhabitabant terram. Neque enim amplius adoratio fiet Jerosolymis : cum jam legalis umbra cessaverit secundum illud : *Adorabunt eum quisque ex loco suo* [a], et adoratio jam fiat in spiritu et veritate, eo quod congruentia peraguntur opera Dei adorationi, ipsius appellatione illis imposita. Ista porro, prædictio sunt præsentis hujus temporis, quo in omnibus gentibus universorum Deus hymnis celebratur, ac Dominus noster Jesus Christus, altissimus ab omnibus vocatur.

(1) Ἀθανάσιος, *Κύριλλος, Γρηγόριος Νύσσης.* Εἰ καὶ Ἰουδαῖοι, φησὶν, ἀρνήσονταί σε, ἀντ' ἐκείνων ὑποκλιθήσεταί σοι καὶ προσκυνήσει πᾶσα ἡ γῆ, ἤτοι τὰ ἔθνη τὰ κατοικοῦντα τὴν γῆν. Οὐκέτι γὰρ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἡ προσκύνησις, τῆς νομικῆς παυσαμένης σκιᾶς, κατὰ τό· *Προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ*, καὶ τῆς προσκυνήσεως γενομένης ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, καταλλήλων ἔργων γινομένων τῇ προσκυνήσει Θεοῦ, τῆς αὐτοῦ προσηγορίας ἐπικληθείσης αὐτοῖς. Πρόῤῥησις δὲ ταῦτα τοῦ παρόντος καιροῦ, καθ' ὃν ἐν ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν ὁ τῶν ὅλων ὑμνεῖται Θεὸς, καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς ὕψιστος παρὰ πάντων καλεῖται.

Rursum in ista verba : « Venite et videte opera Dei, » etc., 5.

Athanasius. Inducit hic apostolorum personam D qui doceant gentes, quod iste qui in præsentia sua secundum carnem divina illa miracula operatus est, ipse idem sit, qui olim mare Rubrum arefecit, et Jordanis fluenta divisit, adeo ut pede eum Israelitæ transirent. Inquit igitur : Cognoscite animo atque intelligite ex singulis quæ a bono Deo effecta sunt, quam is sit in consiliis suis incomprehensibilis : admiremini etiam ineffabilem ejus sapientiam, per quam humanum genus perducit ad pie-

(2) Ἀθανάσιος. Τῶν ἀποστόλων ἐνταῦθα εἰσάγει τὸ πρόσωπον, διδασκόντων τὰ ἔθνη, ὡς ἅρα οὗτος ὁ ἐν τῇ κατὰ σάρκα παρουσίᾳ τὰς θεοσημείας ἐργαζόμενος, αὐτός ἐστιν ὁ πάλαι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ξηράνας, καὶ μὴν καὶ τοῦ Ἰορδάνου ἀνακόψας τὰ ῥεύματα, ὡς ποδὶ παρελθεῖν τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Φησὶν οὖν· Ἐπιστήσατε τὸν νοῦν καὶ κατανοήσατε τῶν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ γινομένων ἑκάστων, ὅπως ἐστὶν ἐν βουλαῖς ἀκατάληπτος· καὶ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ σοφίαν θαυμάσατε, δι' ἧς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος

[a] Sophon. II, 3.

(99) Hæc habentur superius ad hunc versum.
(1) Hæc superius ad hunc [illegible].
(2) Hæc supra, sed breviora.

Digitized by Google

ποδηγεῖ πρὸς εὐσέβειαν. Φοβεραῖς γὰρ καὶ θαυμασταῖς μηχαναῖς ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων κέχρηται σωτηρίας.

tatem. Tremendis namque et admirandis machinis usus est propter hominum salutem.

In verba ejusdem : « Ibi lætabimur, » etc., v. 6.

Præmissa explicatione ex Theodoreto, sequitur (3).

'Αθανασίου. Πρὸς δὲ νοῦν· Ἐκεῖ σὺν Χριστῷ βασιλεύσομεν, ἡνίκα τοῦ νέου αἰῶνος βασιλεύσει, καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐπ' αὐτῷ. Εὐφραινόμεθα δὲ ἐν τῷ ποιήσαντι τὰ δυσχερῆ ῥᾴδια.

Athanasii. Sed ad intellectum : Illic regnabimus cum Christo, cum novo ille sæculo imperabit, et lætabimur super ipso. Lætabimur vero in eo, qui quæ difficilia erant, levia reddidit.

Similiter in versum sequentem 7.

'Αθανάσιος, Εὐσέβιος. Κατὰ δὲ πνευματικὴν ἐκδοχὴν ὀφθαλμοὺς Θεοῦ τοὺς ἀποστόλους νοήσομεν· παραπικραίνοντας δὲ τοὺς Ἰουδαίους, οὓς καὶ οἱ προφῆται οἶκον ἐκάλουν παραπικραίνοντα. Τίς γὰρ, φησὶν, ὁ παραπικραίνων ἀλλ' ἢ ὁ οἶκος Ἰσραήλ; Τῷ γοῦν παραπτώματι τοῦ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπεῖδεν ὁ Κύριος. Ὅθεν μὴ ὑψούσθωσαν οἱ ἀσεβεῖς, ὡς δυνάμενοι ἀπολέσαι τοὺς τῷ Εὐαγγελίῳ προσερχομένους· ἀλλὰ μηδ' ὁ ὑπερόπτης λαὸς, ἤγουν ὁ Ἰσραὴλ, μέγα φρονείτω, μηδὲ κατακτῆς τῶν ἐθνῶν πλῆθος ὑψηλὴν ἐπαιρέτω τὴν ὀφρύν. Μὴ λεγέτω καθ' ἑαυτόν· Ἐγὼ γέγονα πρωτότοκος ἐν τέκνοις Θεοῦ· ἴστω δὲ μᾶλλον, ὅτι παρεπίκρανε τὸν κτίσαντα. Διὸ καὶ μετέστησεν ἀπ' αὐτοῦ τὴν ἐπισκοπήν.

Athanasius, Eusebius. Si vero spiritualiter hæc accipiantur, oculos Dei apostolos dici intelligemus : exacerbantes vero, Judæos, quos etiam prophetæ vocarunt domum exacerbantem [48]. Quis enim est, ait Deus, qui me exacerbat, nisi domus Israel? Cum igitur Israel excidisset, respexit Deus ad gentes. Quocirca non est cur sese impii jactitent, quasi qui exterminare possint eos qui Evangelio accedunt : imo non est, ut superbus ille populus, Israelem dico, altum sapiat, neque etiam elatum tollat supercilium contra gentium multitudinem. Ne dicat apud seipsum : Ego sum primogenitus inter filios Dei, quin potius sciat quod exacerbavit Creatorem suum. Quamobrem etiam hic ad eum respicere desinit.

Eadem ratione in verba sequentia.

'Αθανάσιος. Πρὸς δὲ νοῦν οἱ ἀπόστολοι τοῖς ἐξ ἐθνῶν φασιν· Ὅταν ἀκούσητε παρ' ἡμῶν, τίνα τρόπον προσήκει δοξολογεῖν, τότε μεθ' ἡμῶν εὐλογήσατε, οὐκ ἔτι τοὺς ψευδωνύμους θεοὺς, ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν τῆς ζωῆς δοτῆρα. Ζωὴ γὰρ ἦν ἡ τοῦ παραδείσου τρυφὴ, ἐν ᾧ ἔθετο ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν αὐτόν.

Athanasius. Secundum mentem vero, apostoli sic alloquuntur gentiles : Ubi audieritis ex nobis, quomodo Deus sit laudibus celebrandus, tunc laudate nobiscum, non jam amplius falso sic dictos deos, sed Deum nostrum vitæ largitorem. Vita namque erat paradisi voluptas : in quo posuerat Deus hominem, ut eum coleret atque custodiret.

Eodem modo in verba : « Probasti nos, Deus, » etc., v. 10.

'Αθανασίου, Κυρίλλου. (4) Πρὸς δὲ νοῦν τὰς θλίψεις τὰς γενομένας διὰ τὸ κήρυγμα τοῖς ἀποστόλοις τὸ Πνεῦμα προαναφωνεῖ, ἐκ προσώπου αὐτῶν ταύτας καταλέγον. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἄργυρος πυρὶ τηκόμενος εὖ μάλα διακαθαίρεται, οὕτω καὶ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ παντὸς ἀπαλλάττονται ῥύπου, ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐφόδοις προσβάλλουσαι νεανικῶς. Καὶ ἡ αὐτῶν εὐδοκίμησις διὰ πυρώσεως γίνεται, δοκιμαζομένων ὡς διὰ πυρός. Ταύτας τὰς φωνὰς τοῖς ἁγίοις μάρτυσιν ὁ Παῦλος ἀνατίθησιν. Ἀλλὰ καὶ οἱ διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος τοῦ ζέοντος θυμοῦ, καὶ τῆς διακεχυμένης ἡδονῆς καὶ ἐπιθυμίας διελθόντες, καὶ μὴ ἐναπομείναντες τούτοις τοῖς πάθεσιν, εὑρίσκουσι τὴν ἀνάψυξιν.

Athanasii, Cyrilli. At vero ad intellectum, prædicit Spiritus sanctus calamitates apostolis obventuras propter prædicationem Evangelii, enumerans eas in apostolorum persona. Quemadmodum enim argentum igne liquefactum optime perpurgatur, sic etiam sanctorum animæ tentationum insultibus strenue resistentes, ab omnibus mundantur sordibus. Earum autem probatio per combustionem efficitur : nam per ignem probantur. Has porro voces refert divus Paulus ad sanctos martyres. Quanquam etiam ii refrigerium inveniunt qui per ignem et aquam ferventis iræ, ac diffusarum voluptatum ac cupiditatum pertranseunt, si in istiusmodi animi passionibus non permanserint.

Item in verba : « Introibo in domum tuam, » etc., v. 15.

(5) 'Αθανάσιος. Πρὸς νοῦν φασὶν οἱ ἀπόστολοι· Εἰσελευσόμεθα εἰς τὸν ναὸν τὸν ἐπουράνιον οὐκ ἐν αἰσθητοῖς, ἀλλ' ἐν νοητοῖς ὁλοκαυτώμασιν. Ὅλους γὰρ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν τῷ Θεῷ ἐν τάξει ὁλοκαυτωμάτων.

Athanasius. Ad intellectum vero : Intrabimus, inquiunt apostoli, in domum cœlestem, non in sensibilibus, sed in intelligibilibus holocautomatis. Se namque totos, instar holocautomatum, Deo consecrarunt.

[48] Ezech. II, 5 et seqq.

(3) Hæc paulum diversa supra.
(4) Hæc superius, paulum diversa.
(5) Hæc superius, sed breviora.

Digitized by Google

Adhuc in sequentia.

Athanasius, Cyrillus, Basilius. Hæc est altior sententia : Omnia sunt spiritualia, et holocautomata, et boves, et hirci, quos oblaturum se promittit. Sacrificium quoque offertur cum arietibus. Sunt vero arietes motus atque impetus animi ab irascibili ejus parte excitati : aut certe ratiocinationes rectricis animæ facultatis, passiones quasi cornibus petentes et impugnantes. Bovem vero sacrificat, qui seipsum Deo offert hostiam vivam, per actiones honestas. Habet enim bos similitudinem quamdam cum corpore ex terra formato, cum terræ colendæ adhibeatur. Hirci vero sunt opera resipiscentiæ : illi namque pro peccato offerebantur. Suffitus autem est bonus odor quem puræ animæ exhalant.

A Ἀθανάσιος, Κύριλλος, Βασίλειος. Πρὸς δὲ διάνοιαν· Πνευματικὰ πάντα καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ οἱ βόες, καὶ οἱ χίμαροι, οὓς ἀποδώσειν ἐπαγγέλλεται. Καὶ μετὰ κριῶν δὲ προσφορὰ γίνεται. Εἰσὶ δὲ κριοὶ κινήσεις καὶ ὁρμαὶ ἀπὸ τοῦ θυμικοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ὁρμὴν ἔχουσαι, ἢ λογισμοὶ ἡγεμονικοὶ τὰ πάθη κερατίζοντες. Βοῦν δὲ ἱερουργεῖ ὁ προσάγων θυσίαν ζῶσαν ἑαυτὸν διὰ πράξεως. Ἀναλογεῖ γὰρ τῷ ἐκ τῆς γῆς πλασθέντι σώματι, γεωπόνον ὑπάρχον τὸ ζῶον ὁ βοῦς. Χίμαροι δὲ τὰ μετανοίας ἔργα· περὶ ἁμαρτίας γὰρ προσεφέροντο. Θυμίαμα δὲ ἡ ἀποπνέουσα τῶν καθαρῶν ψυχῶν εὐωδία.

Et in verba : « Venite, audite, » etc., 16.

Athanasius. Apostoli quidem non rerum antiquarum renovant memoriam : sed recentia Salvatoris nostri mirantur opera, quæ is omnium nostrum animabus largitus est.

B Ἀθανάσιος. Οἱ μέντοι ἀπόστολοι οὐκ ἀρχαίων διηγημάτων ποιοῦνται μνήμην· ἀλλὰ τὰ νέα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θαυμάζουσι κατορθώματα, ὅσα ταῖς ἁπάντων ἡμῶν ψυχαῖς ἐχαρίσατο.

Item in psal. LXVII *verba : « Sicut deficit fumus, deficiant, » etc.*, 3.

Athanasii. Peccatores vero fortasse dicuntur ipsi dæmones peccati inventores : qui etiam ut fumus deficiunt, a sancto Spiritu submoti ac dispersi : et ut cera liquefiunt succumbentes adventui Christi, qui ignis dicitur consumens improbitatem. De cætero sublata dæmonum tyrannide, qui ex fide justificati sunt, lætantur.

Ἀθανασίου. Τάχα δὲ ἁμαρτωλοὶ οἱ τῆς ἁμαρτίας εὑρεταὶ δαίμονες· οἳ καὶ ὡς καπνὸς ἐκλείπουσι, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐλαυνόμενοι καὶ σκεδαννύμενοι· καὶ ὡς κηρὸς τήκονται ὑποῤῥέοντες τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ, ὃς πῦρ λέγεται καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν. Καὶ λοιπὸν οἱ δικαιωθέντες ἐκ πίστεως, καταλυθείσης τῆς τυραννίδος τῶν δαιμόνων, εὐφραίνονται.

Item in ejusdem psalmi verba : « Parate viam ei, qui, » etc., 5.

Eusebii, Athanasii. Et sol quoque ille justitiæ formam servi suscipiens, ac radios deitatis suæ quasi subducens, deque cœlo descendens, in corpore, imo vero etiam in ipsa morte, sustulit tenebras hominum animis offusas. Et licet in nostram venerit paupertatem, propriamque gloriam per œconomiam umbra quodammodo obscurarit, cum ad homines descenderet, ac carnem inhabitare cœpisset, nihilominus tamen Dominus est nomen ipsi. Nam etiam homo factus non desiit esse Deus. Jubentur igitur sancti apostoli his verbis, ut exsultantes et laudantes pleno cursu ad gentiles ferantur, ac viam animarum ipsorum per prædicationem præparent universorum Regi. Occasus vero etiam ac noctes, fortassis sunt animæ, quæ ex sole justitiæ excident : a quibus Christus erroris tenebras depulerat, inhabitans ipsis per fidem.

C Εὐσεβίου, Ἀθανασίου. Καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς αὐτοῦ ὥσπερ συστείλας θεότητος, καὶ καταδὺς ἐν τῷ σώματι, ἢ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ, τὸ κατακεχυμένον τῶν ἀνθρωπείων ψυχῶν σκότος ἀπήλασε. Πλὴν εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας ἐπέβη πτωχείας, καὶ τὴν οἰκείαν οἰκονομικῶς συνεσκίασε δόξαν, τὴν εἰς ἀνθρώπους ποιησάμενος πάροδον καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐνδημίαν, ἀλλ' οὖν Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Καὶ γὰρ ἄνθρωπος γεγονὼς οὐκ ἀπέβαλε τὸ εἶναι Θεός. Παρακελεύεται τοίνυν ὁ λόγος τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις μετὰ χορείας καὶ ὑμνῳδίας εἰς τὰ ἔθνη δραμεῖν, καὶ τὴν ὁδὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν εὐτρεπίσαι τῷ τῶν ὅλων παμβασιλεῖ διὰ τοῦ κηρύγματος. Εἶεν δ' ἂν δυσμαὶ εἴτουν νύκτες καὶ αἱ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου ἐκπεσοῦσαι ψυχαί· D ὧν Χριστὸς τὸν τῆς πλάνης ζόφον ἐξήλασεν, ἐνοικήσας αὐταῖς διὰ πίστεως.

Item in psalm. LXXII *verba :* Καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι, *etc.*, v. 16.

At secundum D. Athanasium ait David, cum existimarem posse me cognoscere tam profunda tua judicia, conjeci me in molestias : cum illa sint inscrutabilia. Et tamen idoneum eorum cognoscendorum tempus mihi acquisivi. Id vero est tempus judicii, quando reddes unicuique secundum opera

(6) Κατὰ δὲ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον, ὑπονοήσας, φησὶ, τὰ οὕτω βαθέα γνῶναι κρίματα, ἐν κόπῳ ἐνέβαλον ἐμαυτὸν, ἅτε ἀνεξερευνήτων ὄντων. Πλὴν τὸν δέοντα εἰς τὴν τούτων γνῶσιν ἐμαυτῷ πεπόρισμαι καιρόν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ δικαστηρίου καιρὸς, ὅτε ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τότε γὰρ ἀκριβῶς οἱ

(6) Hæc superius, sed breviora.

Digitized by Google

μικρόψυχοι εἶσονται, ὁποῖον μὲν ἡ ἀρετὴ, ὁποῖον δὲ ἡ κακία.

A sua. Tunc enim accurate cognoscent, qui animo fuerunt remissiore, qualis res sit virtus, qualis etiam malitia.

Et in psal. ejusdem verba : « Quid enim mihi est in cœlo, » etc., 25.

(7) Κατὰ δὲ τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον· Ἐπειδὴ οὐδέν μοι, φησὶν, ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ πλὴν σοῦ μόνου, ἀναγκαίως οὐδέ τι τῶν ἐπὶ γῆς ἠθέλησα δέξασθαι παρὰ σοῦ, ἅτε φθαρτῶν ὄντων πάντων καὶ· προσκαίρων· ἑνὸς δὲ μόνου ηὐχόμην τυχεῖν, καὶ τῷ τούτου πόθῳ κατέτρυχον ἐμαυτὸν ἐπὶ τῆς γῆς. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ σὲ μερίδα μοι καὶ μόνον γενέσθαι. Ἐξέλιπε γὰρ ἡ καρδία μου· τί ἐπιζητοῦντος; τὰς ἄνω διατριβάς.

At secundum sanctum Athanasium : Quandoquidem, inquit, cum in cœlo præter te solum nihil habeam, non debui quoque velle accipere a te quæ in terra sunt (cum omnia corruptibilia sint et momentanea), sed unum tantummodo, ut consequar oravi, cujus etiam desiderio me ipsum confeci in terra. Id vero est, ut tu mea portio, et quidem solus sis. Defecit enim anima mea : quid expetens ? Illas mansiones, quæ sursum sunt.

Hactenus fragmenta ex catena Nicetæ, cujus, ut dixi, priorem saltem partem ex bibl. archipalat. nacti sumus. Quod si quis et reliquam habet, poterit quæ desiderantur adjicere. Sequentia vero similiter sunt ex cod. archipalat. biblioth. vetustissimo, continente similem συναγωγὴν *explanationum in Jobum ex Græcis Patribus contextam, ab auctore incerto. Is igitur quisquis fuit ad illa verba cap.* 41 : Δένδρα φθινοπωρινὰ ἄκαρπα, παρὰ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ βούτομον, *præmissa alia explicatione subjicit. Hæc Felckmannus.*

[*Fragmentum Athanasii in Psalmos ut ineditum exhibet card. Ang. Mai tomo* III Bibliothecæ novæ Patrum; *incipit :* Τρίτον προέκειτο ζητῆσαι τί τὸ Ψαλτήριον, etc. Ἔστι τοίνυν, etc. *Legitur supra col* 547. Edit.]

(7) Hæc superius, sed pauciora.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ
Η
ΠΕΡΙ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΨΑΛΜΩΝ.

—

S. P. N. ATHANASII
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ
INTERPRETATIO PSALMORUM
SIVE
DE TITULIS PSALMORUM.

—

EPISTOLA PRÆFIXA EDITIONI ROMANÆ ANNI MDCCXLVI.

—

SACRO AC VENERABILI
SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIUM COLLEGIO, EPISCOPIS, PRESBYTERIS, DIACONIS.

Magnus Athanasius, quem laudare virtutem laudare est, aiebat S. Gregorius Nazianzenus (1), novis quotidie Arianorum calumniis vexatus, et pravorum hominum circumventus insidiis, Romam, quasi ad tutissimum communionis suæ portum confugit, ut quos nec hominum pudor, nec Dei timor retinebat, prolato ex Petri cathedra justæ damnationis decreto, Romana coerceret auctoritas. Posteaquam vero in Urbem pervenit, B. Julius, qui tum Romanæ Ecclesiæ præerat, et ecclesiasticus senatus, qui ipsi assidebat, peramanter eum exceperunt (2), afflictum consolati sunt, dejectum sublevarunt, innocentem defenderunt, sanctum et omni virtutum genere cumulatum, rejectis hæreticorum criminibus, præclaro testimonio suo universo orbi declararunt. Duo autem ex Romano presbyterio, ejusdem Julii voluntate, Elpidius et Philoxenus legationem susceperunt ad Eusebianos episcopos, ut eos ad Romanam synodum, quam ipsi postulaverant, evocarent. Sed expavit ad Romanos affatus Ariana calliditas, et Romanorum fidem pertimuit, quæ, Apostolo prædicante, laudata est ; et ad eos venire renuerunt, ad quos perfidia habere non potest accessum. Itaque frustra diu exspectatis, cum delictorum suorum conscientia territi ad præstitutam diem, varias contumaciæ suæ prætexentes causas, judicio sedis apostolicæ se minime

(1) In Orat. de S. Athan. Hieron. in *Epitaphio Marcellæ.*
(2) De Athanasii itinere Romano cf. ejus *Apolog. contra Arianos*, tom. I, pag. 110, et *Hist. Arian. ad monach.*, p. 227; S. Cyprian. ep. 55, *ad Cornel.*; S. Jul. in *epist. ad Danium aliosque Orientales episcopos.*

Digitized by Google

sisterent, congregata est demum Romana synodus in una ex vestris titularibus ecclesiis, ubi Romanus presbyter Vito conventus agebat. Is enim una cum Vincentio Nicænæ synodo interfuit, et quia ambo rectam Athanasii fidem morumque integritatem probe cognitam perspectamque habebant, verisimile admodum est, sicut pro Marcello Ancyrano episcopo, multo magis pro sanctissimo Alexandrino antistite testimonium eos dixisse in sacro illo conventu, qui unanimi supremoque judicio Athanasii innocentiam adversus Arianorum dolos ac fraudes vindicavit, eamque sententia sua veritatis ac justitiæ ponderata libramine, manifestam omnibus ac testatam esse voluit. Quamobrem pontifex Julius, datis deinde litteris ad clerum et populum Alexandrinum, quibus de Athanasii ad eos reditu gratulatus est, post plures laudes, quibus sanctum episcopum merito effert : Quid autem, inquit, tanto viro dignum proferri potest qui tot, et tantis periculorum exantlatis laboribus redditur tandem vobis incolumis, non beneficio nostri tantummodo, verum etiam totius concilii judicio talis declaratus ? Post hæc autem, malorum hominum odio ac invidia magis magisque gliscente, novasque semper insidias contra Athanasii nomen molientibus Arianis, Sardicensis œcumenica synodus convocata est, cui duo Romani presbyteri Archidamus et Philoxenus cum Hosio Cordubensi episcopo, nomine ac vice Julii pontificis præfuerunt ; in hac vero Athanasii fidei integritas vitæque sanctitas rursus ab universa synodo agnita est, et omnium suffragiis contra perfidos et catholicæ veritatis et Athanasii innocentiæ inimicos comprobata. Sed quorsum hæc tam longe repetita, et ab altis revocata principiis ? Nimirum, ut omnes intelligant, quam consentaneum et conveniens fuerit, ut opus S. Athanasii, cujus B. Hieronymus meminit, quod pii ac eruditi homines diu desiderarunt, et frustra quæsitum, veluti amissum ac deperditum complorarunt, cum nunc primum in lucem prodeat, illud vestro illustri nomine inscriptum, et vobis, eminentissimi Patres, dicatum in publicum edatur. Vos enim sacri illius senatus, qui magnum Athanasium ad B. Petri cathedram, ad centrum unitatis, ad fontem catholicæ communionis confugientem complexus est, fovit, tutatus est, vices tenetis et dignitatem ; imo vero cum in vestrum clarissimum cœtum præter septem, nunc vero sex cardinales episcopos urbanos seu suburbicarios, selectissimi ex toto orbe juxta sacrorum canonum præscripta (3) a Romanis pontificibus cooptandi sint, admirabili divinæ Providentiæ in Ecclesia sua dirigenda ac gubernanda consilio, eo perducta res est, ut amplissimus vester ordo e tribus supremis in Ecclesia ordinibus, nempe episcopis, presbyteris et diaconibus S. R. E. cardinalibus compositus ex universo terrarum orbe, ut sanctæ Ecclesiæ canones provide sapienterque consuluerunt, selectis atque arcessitis, non modo antiquum Romanum presbyterium repræsentet, sed Romanæ synodi, quæ a primis catholicæ fidei temporibus Romano pontifici gravissimis de rebus deliberanti semper aderat, et quam Græci ἐπιδημοῦσαν seu ἐνδημοῦσαν vocant, et ego vocabulo fortasse haud inepto *præsentem* dixerim, locum adeptus sit et auctoritatem : quin etiam, quod longe magis est, universalis quodamnodo, et domestici, ut hoc nomine utar, concilii Romano pontifici continue assidentis præstantissimam nobis speciem pulcherrimamque imaginem exhibeat, et potestatem etiam non minima ex parte dignitatemque obtineat. Ad hæc accedit, quod tenuis hæc ingenii mei facultas, et in ecclesiasticis aliisque rebus labor et industria, quæcunque ea sit, quam sentio, quam sit exigua, tota vestra est, tum ratione muneris, quo fungor, tum electione voluntatis : ratione quidem muneris, quia abhinc biennium omnium vestrum suffragiis a secretis præclarissimi collegii vestri renuntiatus sum, et humanissima animorum vestrorum significatione exceptus ; electione autem voluntatis, quia ego semper præstantissimum vestrum cœtum summo animi obsequio, et ea veneratione, qua par erat, prosecutus sum. Etenim a prima juventute, quamvis eo tempore assiduam apud duodecim viros, quos Rotæ auditores vocant, causis cognoscendis operam darem, de titulorum origine, qui a sancto Evaristo Romanis presbyteris distributi sunt, deque sacra liturgia, et de collectis seu eleemosynis, aliisque rebus, quæ ad titulos, et ecclesias vestras pertinebant, libellum in publicam lucem emisi. Nec multo post, uno ex vestro collegio et generis nobilitate, et morum integritate eximio, qui jampridem ex hac mortali vita ad cœlestem patriam, ut sperare fas est, migravit, hortante ac suadente, vestrum sanctissimum nomen, vestramque auctoritatem, quæ quorumdam improborum sermonibus impetebatur, tueri curavi prolixo opere scripto, quod nunquam prodivit in publicum, quia neque ratio temporum, quæ postea subsecuta sunt, neque reipublicæ utilitas, neque ulla ejusdem operis præstantia exigebat. Deinde vero singulari beneficentia sanctæ memoriæ Clementis XII credita mihi est custodia sanctioris archivi castri S. Angeli, et paulo post munus abbreviatoris de curia, quibus in muneribus, quoad potui, ea cura ac diligentia versatus sum, ut vos ipsi sæpius de me honorificentissimum testimonium perhibere non dubitaveritis. Interea vero iis temporum intervallis, quæ mihi a reliquis occupationibus concedebantur, multum operæ laborisque consumpsi in adornandis observationibus, longioribusque, si quando opus fuit, dissertationibus typis etiam in publicum editis, pro corrigendis ecclesiasticis Orientalium nationum libris, ut ex sententia congregationis nonnullorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, cujus ego a secretis ab eodem Clemente XII, pon-

(3) Concil. Trident. *De reform.*, sess. XXIV, cap. 1.

Digitized by Google

tificatus sui initio, cl. mem. cardinali Francisco Barberino postulante constitutus, et a sanctissimo domino nostro Benedicto XIV confirmatus fui, emendati in typographia sacræ congregationis de Propaganda Fide ad communem exterarum nationum utilitatem imprimerentur. Demum per eadem hæc tempora, quoties mihi demandatum est, et quantum ingenii mei imbecillitas aliæque occupationes sinebant, non defui in asserendis Romanæ Ecclesiæ juribus, defendendaque ejus dignitate et auctoritate, et potissimum in tuendo ejus dominio atque imperio in nobilissima ejus patrimonii parte, quæ aliorum armis occupata etiamnum immerito retinetur, donec sedatis tantorum bellorum motibus, et pacatis bellantium principum animis, per eum, qui mari et ventis imperat, ac tranquillitatem facit, spes melior Europæ et Romanæ Ecclesiæ rebus affulgeat. Quare intelligitis, eminentissimi Patres, mea omnia, qualiacunque sint, vestra esse, cum a primis juventutis annis omne meum studium, ingenium, operam, laborem atque industriam vestro nomini, et apostolicæ sedi penitus addixerim ac dicaverim. Ex his autem cognoscere potestis, quot nominibus vobis deberetur præclarum hoc magni Athanasii opus, in quo e Græco in Latinum vertendo, corruptis in locis, quoad valui, emendando, et nonnullis parvis notis illustrando auctorique suo asserendo non parum allaboravi. Ut vero munusculum hoc, quod vobis humillime offero, lubenti animo excipiatis, satis esse puto Athanasii nomen : hac una enim commendatione, certus sum vobis fore gratissimum. Nam eminentissimus Baronius, magnum ordinis vestri ornamentum et decus, in suis *Ecclesiasticis Annalibus* (4) : « Adeo, inquit, post tot tantaque ejus pro recta fide certamina, Athanasii nomen posteris doctrinæ et sanctitatis fulgoribus clarum effulsit, ut quæque ipsius scripta non modo avide legerentur, sed singulari quadam reverentia colerentur. » Itaque nihil aliud mihi reliquum est, nisi ut Deum immortalem submissis precibus orem, ut vos diu sanos atque incolumes præstet cum supremo nostro, atque omnium fidelium pastore Benedicto XIV, catholicæ Ecclesiæ, plaudentibus omnibus, divinitus dato, qui quantum inter reliquos mortales dignitate ac potestate præeminet, tantum ingenio rerumque intelligentia præcellit : qui cum apostolici gradus sublimitate supra omnes sit, humanitate ac benignitate infra omnes esse videtur : qui me adhuc adolescentem singulari benevolentia complexus est : qui me non solum verbis, sed etiam præclaro exemplo suo, et ad juris tam privati quam publici notitiam assequendum, et ad hæc alia sanctiora studia, quæ in sortem Dei vocatos maxime decent, verbis suis jam olim impulit ac stimulavit : qui summus Ecclesiæ pontifex renuntiatus, postero electionis die, ut liberiores mihi ad eum aditus essent, inter familiares, qui ab intimo cubiculo sunt, primum omnium ascivit, et triennio post a secretis sacræ congregationis super rebus consistorialibus declaravit : qui demum, cum rerum ecclesiasticarum scientiam, et sacrarum litterarum studia non modo in se amet ac diligat, sed etiam in aliis esse quam maxime cupiat, parvam meam bibliothecam præclaris suis operibus *De beatificatione et canonizatione servorum Dei*, *De Jesu Christi Matrisque ejus festis*, *De missæ sacrificio* liberaliter donatis instruxit, quo munere nihil mihi splendidius magnificentiusque esse duco. Valete.

Romæ, Kalendis Junii 1746

Nicolaus ANTONELLUS
Ejusdem sac. Collegii et sac. Consistorii a secretis

(4) Ad an. 340, n. XI.

Digitized by Google

INDEX EORUM QUÆ IN PRÆFATIONE CONTINENTUR.

§ I. *Laudantur bibliothecarum conditores, et præcipue cardinalis Franciscus senior, et alii e domo Barberina.*
§ II. *Codex Græcus, quo continetur opus S. Athanasii in Psalmos, cujus fuerit, et unde in Barberinam bibliothecam venerit.*
§ III. — *Descriptus fuit ex alio bibliothecæ Augustanæ, et e Græco in Latinum versus, hortante cl. mem. cardinali Francisco Barberino juniore.*
§ IV. *Referuntur variæ Psalmorum expositiones, seu commentarii sancto Athanasio ascripti.*
§ V. *Agitur de eisdem expositionibus, seu commentariis, ac primum de expositione, seu commentario, qui in bibliothecis Mediolanensibus et Venetis reperitur.*
§ VI. *Disseritur de commentario in Psalmos edito a Patribus Benedictinis*
§ VII. *Illum commentarium esse Athanasii aliqui dubitant.*
§ VIII. *Tractatur de alio commentario sub nomine Athanasii lingua Illyrica seu Slavica scripto.*
§ IX. *Andreas Schottus et Lucas Holstenius commentarium, seu expositionem, quæ in publicum datur, S. Athanasio tribuerunt.*
§ X. *Commentarium hunc eumdem esse, ac librum sancti Athanasii de titulis Psalmorum.*
§ XI. *Librum autem de titulis Psalmorum eumdem fuisse ac librum Interpretationis Psalmorum, cujus meminit Nicæna synodus secunda, diversum autem ab Epistola ad Marcellinum.*
§ XII *Et quidem Athanasii esse nostrum commentarium præter testimonium Schotti et Holstenii probatur etiam ex eo, quod auctor Hebraica nomina accurate interpretatur, et sensum allegoricum seu mysticum Psalmorum exponit.*
§ XIII. *Nam Philo Alexandrinus primus edidit Dictionarium Hebraicorum nominum, eorumque interpretationem.*
§ XIV. *Deinde Origenes interpretatus est nomina Hebraica Novi Testamenti.*
§ XV. *Allegorica sacrarum Scripturarum interpretatione qui primi omnium usi sint.*
§ XVI. *Schola Alexandrina secuta est allegoricam Scripturarum interpretationem*
§ XVII. *Therapeutæ, quos Christianos fuisse antiqui Patres, et plures recentiores scriptores crediderunt, allegoricas Scripturarum interpretationes amplexi sunt.*
§ XVIII. *Allegorica Scripturarum interpretatio in Oriente obtinuit, eaque laudatur, dummodo in ea modus servetur.*
§ XIX. *Allegoricus seu mysticus Scripturarum sensus auctoritate Novi Testamenti asseritur.*
§ XX. *Tertullianus et Cyprianus, aliique allegoricam et litteralem Scripturarum expositionem approbarunt.*
§ XXI. *Allegoricus Psalmorum sensus Christianorum proprius est.*
§ XXII. *Quæ enim in Veteri Testamento scripta vel gesta sunt, in figura fuerunt rerum quæ in Novo fieri, vel evenire debebant.*
§ XXIII. *Interpretatio Psalmorum de Christo Domino ejusque Ecclesia primis Christianæ religionis sæculis probata ac recepta est, non solum in Oriente, sed etiam in Occidente.*
§ XXIV. *Vetus et am Synagoga sensum litteralem et spiritualem in sacris Scripturis agnovit.*
§ XXV. *Apud Patres autem Veteris Testamenti aliqua traditio fuit de mystico Scripturarum sensu.*
§ XXVI. *Moyses, prophetæ aliique sancti Veteris Testamenti non Judaicam Kabalam a Deo edocti fuerunt, sed aliqua ex parte cœlestia mysteria et arcanum Scripturarum sensum agnoverunt.*
§ XXVII. *Cur antiqui Orientalis Ecclesiæ Patres spiritalem ac mysticum Scripturarum sensum potius quam litteralem exposuerunt.*
§ XXVIII. *Ariana aliæque hæreses postea enatæ in causa fuerunt, cur deinde Patres ejusdem Orientalis Ecclesiæ ad litteralem Scripturarum sensum explicandum animum appulerint : qua in re maxime floruit schola Antiochena.*
§ XXIX. *Allegorica interpretatio maxime convenit libro Psalmorum : clavis autem spiritalis, et allegorici sensus in Psalmis est cujusque psalmi titulus.*
§ XXX. *Ex antiqua divisione Psalmorum per versiculos vetustas nostræ expositionis seu commentarii probatur.*
§ XXXI. *Usus rubricæ titulorum vetustatem ejusdem commentarii comprobat.*
§ XXXII *Quod aliqua, quæ Athanasii nomine feruntur, in eo non reperiantur, non ideo magno Athanasio abjudicandus est.*
§ XXXIII. *Neque etiam aliquid in contrarium colligi potest ex eo quod beata Maria Θεοτόκος dicatur.*
§ XXXIV. *Ex mystica interpretatione tituli Psalmorum « Pro octava » ad Athanasium commentarium potius pertinere, quam adimi ipsi debere, ostenditur.*
§ XXXV. *Ex interpretatione psalmi CXXV aliud argumentum affertur pro adjudicando commentario, de quo agitur, magno Athanasio.*
§ XXXVI. *Item ex iis quæ dicuntur in expositione psalmi CXXXII de majori diei longitudine.*
§ XXXVII. *Similiter ex aliis pluribus indiciis et argumentis.*
§ XXXVIII. *Demum id evincitur ex collatione nostri commentarii cum aliis operibus beati Athanasii.*
§ XXXIX. *Causa, et occasio exponitur, cur opus beatissimi Athanasii nunc in publicum edatur.*

PRÆFATIO.

I. Neminem esse puto qui non existimet, bene de humano genere meritos esse eos principes viros, qui sedula cura ac diligenti studio libros ac scripta doctorum hominum conquisiverunt, eosque undequaque collectos in bibliothecis magnifice exstructis servarunt, ut scientias, inventa, et vitæ subsidia hominum memoriæ traderent, et sapientum monita, prudentum consilia, et clarorum virorum dicta, et facta, et cogitationes ipsas ad posteros transmitterent, quibus edocti atque eruditi melius sapientiusque vitam instituerent, eamque utilius commodiusque transigerent. Hac autem gloriæ laude cum plurimi superiori ætate floruerint, inter eos utique summum locum obtinet cardinalis Franciscus, aliique e Barberina domo, qui doctos atque excellentes viros e remotis regionibus arcessitos in domo sua tanquam in tranquillissimo portu retinuerunt, summis beneficiis cumularunt, reditibus auxerunt, dignitatibus ornarunt. Horum autem opera atque cura non solum libros typis impressos, sed etiam codices manuscriptos Græcos, Latinos, Arabes maximo in numero omnibus ex partibus summa impensa collectos in magnificentissima biblio-

Digitized by Google

theca collocarunt. Nam ex ea typis impressi in lucem prodierunt præclari scriptores, qui in tenebris delitescebant, veluti Georgius Pachymeres, Stephanus Byzantius *De urbibus*, S. Nilus, aliique : nonnulli vero emendatiores correctioresque in publicum emissi sunt, hortantibus, aut codices et sumptus commodantibus cardinalibus, et principibus Barberinis, qui communi litterarum litteratorumque hominum utilitati semper studuerunt, eosque et opera et censu, quantum in se fuit, juvarunt.

II. Inter alios autem pretiosos codices quos Barberina bibliotheca servat, exstat codex Græcus, ea forma quam *in quarto* vocant, chartaceus, non calligraphia seu characteris pulchritudine, qui recens et informis est, sed re quam continet præstantissimus. Etenim eo continetur interpretatio Græca Psalmorum sanctissimi Patris atque archiepiscopi Alexandrini Athanasii. Codex apographus est, descriptus ab Andrea Schotto, inclyto Societatis Jesu alumno, seu potius ejus jussu ab amanuensi ex altero codice bibliothecæ Augustanæ. Hunc postea codicem in potestatem venisse puto Lucæ Holstenii, qui hæredem ex asse instituit clarissimum cardinalem Franciscum Barberinum seniorem, et deinde ex illius hæreditate in Barberinam bibliothecam translatum fuisse. Doctissimus autem vir Holstenius, sed ipse Andreas Schottus, singulis paginis Græcæ interpretationis S. Athanasii paginam Psalterii Græco Latini typis impressi inseruit, adeo ut unicuique psalmo Græca sanctissimi episcopi interpretatio e regione, seu ex adversa facie posita respondeat. Præterea idem eruditissimus vir Holstenius principio codicis inscriptionem in fronte totius libri ponendam, cum in publicum, ut forte sibi faciendum proposuerat, ederetur, et brevem præfationem Latinam ascripsit, quam ego hoc loco, ne tanti viri eruditus lector elucubratiunculam desideret, ascribam ; ea autem ita se habet :

LECTORI SAL. LUCAS HOLST.

Scripserunt, ut nemini hodie ignotum, ex antiquioribus Patribus in Davidis Psalterium commentarios eruditos plurimi in catena Græcorum Patrum singulatim enumerati, in primis Origenes, et Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus : mox Theodorus Heracleotes : item Asterius Scythopolita : item Apollinaris Laodicensis versibus, credo, heroicis, qui leguntur : denique Didymus Alexandrinus, sed qui magnam interciderint partem : tum vero maxime perspicue, et κατὰ πόδα μετάφρασιν, quam nunc damus, S. Athanasius conscripsit, sed in tenebris hactenus sepulta jacuit, ac latuit, eruta nunc tandem in lucemque revocata industria Andreæ Schotti, Societatis Jesu presbyteri, ex Augustana, vere augusta bibliotheca, unde velut ex equo Trojano boni multi exierunt scriptores Græci, antea delitescentes, idque auspiciis viri illustris Marci Velseri reipubl. duumviri, et optime de studiis patriaque meriti, et opera Davidis Hoesch. Augustani, cui Appiani Illyrica, multaque Chrysostomi, Basilii Magni, Nyssenii accepta ferimus. Psalmos etiam hymnosque Salomonis Græce ad parentis Davidis regii vatis exemplum compositos hinc habemus, ab eodem revocatos in apertam lucem, qui et Photii patriarchæ vastam dedit scriptorum ab illo lectorum Bibliothecam : *item de patribus sanctis quasdam Basilii epistolas versionesque meliores : item sancti Cyrilli* γλαφυρὰ *in Pentateuchum Mosis, et* ἑορτάσιμους, *seu Paschales sermones* XX, *et S. Isidori Pelusiotæ epistolas prope sexcentas e Vaticana Pont. Max. bibliotheca. Consule itaque, mi lector, boni tanc S. Athanasii Psalmorum ad verbum interpretationem, et cum reliquis ejusdem sanctissimi viri comparare grave ne sit, ut partum legitimum nimisque diu in tenebris jacentem. Vale.*

Ita præfatio, cui inscriptio Græco-Latina ab ipso Holstenio vel ab Andrea Schotto præposita est hujusmodi :

ΕΙΣ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ

Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου Πατρὸς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

IN DAVIDIS REGIS AC PROPHETÆ PSALMORUM LIBRUM

S. ATHANASII ARCHIEPISC. ALEXAND. METAPHRASIS

Eruta nunc primum ex Augustana Bibliotheca ab

Andrea Schotto Societatis Jesu.

III. Codex autem, quo usus est Andreas Schottus, an Augustæ Vindelicorum nunc exstet, me latet. Illud certum est, in catalogo Græcorum codicum qui sunt in bibliotheca reip. Augustanæ Vindelicæ, quem in lucem edidit David Hœschelius anno 1595, nulla mentio est de commentario S. Athanasii *in Psalmos*, et cum per amicum scribi ad homines eruditos Augustæ commorantes curaverim, ille responsum se accepisse mihi retulit, nullum ibi codicem hujusmodi reperiri. Neque etiam mihi compertum est an Lucas Holstenius, vel Andreas Schottus ante illum in animo habuerit, interpretationem, seu metaphrasin S. Athanasii duntaxat, an vero Græcam et Latinam in lucem edere. Profecto cum anxie perquisivissem, an uspiam translatio Latina exstaret, neque in laudato codice, neque in tota bibliotheca Barberina versionem ullam Latinam invenire mihi contigit. Itaque hortante atque stimulante cl. mem. cardinali Francisco Barberino, qui, exemplo suorum majorum, et præcipue alterius cardinalis Francisci patrui sui erga litteras optime animatus singulari me benevolentia complectebatur, opusculum sanctissimi doctoris, ut melius potui, erat enim codex mendosus, e Græco in Latinum verti. In versione autem adornanda Latini sermonis puritatem, et styli elegantiam secutus non sum, sed beatissimi archiepiscopi metaphrasin de verbo ad verbum transferre curavi, et ut Græce aiunt, κατὰ πόδα, veritus ne dum verborum lenocinia

Digitized by Google

sequor, a sententia, et mente sanctissimi doctoris discederem. Albertus Fabricius scribit Hamburgi in bibliotheca Joannea exstare manuscriptam versionem Latinam S. Athanasii *in Psalmos* elaboratam ab Elia Ehingero, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus est. An illa translatio sit hujusce commentarii, seu metaphrasis, quam nunc in lucem damus, an vero alterius omnino diversæ, certo statuere non ausim, cum ad manus meas non pervenerit. Sed si conjectura agere licet, verosimillimum quidem est, hujusmodi commentarium S. Athanasio ascriptum aliis jam in lucem editis minime esse dissimilem; nam si secus foret, id ipsum animadvertere, ac lectoribus suis indicare, ut in sua *Bibliotheca* passim facere solet eruditissimus æque ac diligentissimus vir, non prætermisisset

IV. Sed quoniam idem Albertus Fabricius varias Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasio tribuuntur, recenset (5), operæ pretium est ejus verba hoc loco referre : « Expositiones *in Psalmos*, » ait loquens de operibus sancti Athanasii, « quarum exigua apospasmatia quædam verterat Politianus, atque priores editiones Græcæ et Latinæ exhibuerant, Daniel item Barbarus nonnulla et Corderius vulgaverant in catenis Patrum *ad Psalmos* : sed Benedictini longe copiosiores in totum Psalterium, licet nec ita plenas, aut integras, e codicibus Regiis et Colbertinis catenarum, et expositionum *in Psalmos* offerunt p. 1009-1239. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana occurrunt commentaria Athanasii *in Psalmos* Græce descripta ex codice bibl. Scorialensi, et Latine reddita sive ab Antonio Giggeo, sive alio quodam. Ex illis argumentum *in Psalmos* dignum lectu et supplementa quædam commentariorum dedit Montfauconius in *Collectione nova Patrum*, tom. II, pag. 70-101. Animadvertendum est, inquit idem vir clarissimus in *Diario Italico*, p. 12, alium etiam commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis (adde pag. 69) occurrere, qui Athanasii nomen præfert, at Athanasii magni esse nequit. Istius initium est : Μακάριος ἀνὴρ... αὐτὴ ἡ προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθίας. Athanasius *in Psalmos* ex versione Latina Eliæ Ehingeri, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus fuit, exstat ms. in bibliotheca Joannea hujus urbis Hamburgensis. Habuit etiam Athanasii *in Psalmos* commentarium Græce descriptum Wagenselius ὁ μακαρίτης, unde asservat eumdem Lipsiæ in patria mea thesaurus librarius amplissimi senatus. Expositionem Athanasii *in Psalmos* Serviana lingua (est hæc Slavica dialectus) ms. in bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, atque Arabice una cum *Epistola ad Marcellinum* in bibliotheca Ambrosiana codice 300 annorum memorat idem Montfauconius ad Athanasium tom. I, pag. 1005 et 1006. Fragmenta commentariorum Athanasii *in Psalmos* a Petro Felckmanno collecta e Nicetæ metropolitæ Heracleæ Συναγωγῇ ἐξηγήσεων in priores psalmos 72 manuscripta in bibliotheca Palatina, pag. 1241-1262, lib. II, pag. 511. » Hactenus Fabricius.

V. Quamobrem, cum plures sint Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasii nomen inscriptum præ se ferunt, necesse est paulum aliquid de illis disserere, quo magis compertum fiat, an ea, quam in lucem damus, tanquam genuinum ejus opus sanctissimo Doctori sit ascribenda. Ac primum verba faciam de illa quæ Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, et Venetiis in bibliotheca Justinianea reperitur. Hanc autem sancto Athanasio abjudicat Pater Montfauconius, existimatque vel falso Athanasii nomen inscriptum esse, vel alterius Athanasii fuisse magno Athanasio recentioris. Nam in admonitione quæ proposita est supplemento commentariorum *in Psalmos* in *Nova collectione Patrum et scriptorum Græcorum*, talia scribit : « Lectorem monere juvat, commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justinianea Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium : Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον · sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur. » Et in *Diario Italico* (6) recensens codices a se in bibliotheca Ambrosiana inspectos : « Animadvertendum est, inquit, alium commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis occurrere, qui Athanasii nomen item præfert : at Athanasii magni esse nequit. Germanum enim singulis ferme paginis multis post Athanasium sæculis patriarcham Constantinopolitanum memoratum novimus. Istius initium est : Μακάριος ἀνήρ, » etc. Et in eodem *Diario* loquens de bibliotheca Justinianea ait : « Adest quoque commentarius Athanasii *in Psalmos*, cujus scriptor, vel Athanasium ementitur, vel alius ὁμώνυμος est titulus : Βίβλος τοῦ προφητάνακτος Δαβὶδ, καὶ θείου ὑμνογράφου, *Liber prophetæ regis, ac divini hymnorum scriptoris Davidis*. Post hæc : Ἐξήγησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου · *Expositio S. Patris nostri Athanasii*. Idem commentarius est, atque ille de quo in Ambrosiana supra. » Et quoniam erit fortasse aliquis rerum ecclesiasticarum studiosus, qui commentarium, cujus locis supra laudatis meminit Montfauconius, si non totum, certe ex parte inspicere desiderabit; haud ingratam me lectori rem facturum credidi, ut suam de eo sententiam tutius ferre possit, si ex eodem commentario expositionem in primum S. regis Davidis psalmum hoc loco ascripserim; eam quidem scriptam inveni in pagella inserta in nostrum codicem, et minime cum aliis codicis paginis assuta et conglutinata. Quod eo libentius facio, quia in expositione, quam in publicum edere statui, manca est interpretatio primi psalmi. Itaque illius loco supplementi vice hæc erit, quæ talis est.

(5) Lib. v *Bibl. Græc.*, pag. 304 (vet. edit.).
(6) Cap. 2, pag. 12.

Digitized by Google

Ψαλμ. Α'. A *Psalm. I.*

1. Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε.

2. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.

3. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων·

4. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ.

5. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρύήσεται,

6. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποίήσῃ κατευοδωθήσεται.

7. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

8. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.

9. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.

2. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum :

4. Quod fructum suum dabit in tempore suo,

5. Et folium ejus non defluet,

6. Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur

7. Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

8. Et ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum.

9. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.

ATHANASII INTERPRETATIO

1. Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ B τὸν Ἀριμαθαῖον, ὅτε μὴ συμπαρεγένετο τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα πονηρὰ ἐβουλεύοντο. Τὸ δὲ ἴδιον τοῦ λόγου μακαρίζει πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ συνεδριάζοντα, μηδὲ συμπαραινοῦντα τοῖς κακὰ βουλευομένοις, τουτέστι ἀπατῶσι.

2. Οὔτε γὰρ ἄλλως κατορθοῦται ἀρετὴ, καὶ ἀποχὴ κακῶν, εἰ μὴ διὰ μελέτης τῶν θείων Γραφῶν.

3. Ὡς γὰρ τὰ ξύλα ἑστῶτα παρὰ τοῖς ὕδασι ἀεὶ θάλλουσιν, οὕτως ὁ ἀρδευόμενος τῇ τῶν Γραφῶν μελέτῃ ἀναθάλλει τὸν νοῦν ἀεὶ, καὶ ὑγείαν τὴν διάνοιαν κέκτηται· ξύλον δὲ λέγει τὸν σταυρὸν τοῖς ὕδασι κολυμβήθρας περιεχόμενον, καὶ θάλποντα (7) τοὺς φωτιζομένους.

4. Τῷ γὰρ ἰδίῳ καιρῷ ἐκαρποφόρησεν ὁ σταυρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, τουτέστιν τὸν βότρυν τῆς ἡμῶν σωτηρίας καὶ ζωῆς.

5. Φύλλα τοῦ σταυροῦ οἱ πιστοὶ, ὡς ἐπ' αὐτοῦ γενόμενοι, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντες οὐκ ἀπορρύήσονται.

6. Πάντα γὰρ ὅσα διὰ τοῦ σταυροῦ γίνονται κατευοδοῦνται. Προκόπτει γὰρ, καὶ ἐνέστη, καὶ πέρας οὐκ ἔχει ἡ πίστις, ἡ ἐλπὶς, καὶ ἡ ἀγάπη.

7. Οὐδὲν γὰρ τῶν τοῦ σταυροῦ παρὰ αἱρετικοῖς ἢ Ἰουδαίοις ἢ Ἕλλησι κρατεῖ, καὶ καρποφορεῖ. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ χνοῦς σκορπίζεται· οὕτως οἱ Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῆς ἀνοίας, καὶ ἀπιστίας ἀπέστησαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνερρίπισθησαν διὰ πάντα τῆς γῆς.

8. Οἱ γὰρ μὴ γινώσκοντες, ἢ σέβας Θεῷ μὴ προσφέροντες, μετὰ τὴν ἀνάστασιν εὐθύνας οὐκ ἀπαιτοῦνται, ἔχουσι γὰρ τὴν ἀπόφασιν αὐθαίρετον· οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται ἐν αὐτοῖς ἔργον δικαιοσύνης.

9. Ἔγνωσται γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ ἡ τῶν δικαίων ὁδὸς, καὶ ἡ τῶν ἀδίκων· καὶ τὴν μὲν σώζει, τὴν δὲ βδελύττεται, καὶ ἀπορρίπτει ὡς ἄχρηστον.

1. Prophetia quidem impletur in Joseph ab Arimathæa, quoniam non adfuit cum Judæis, quando improba agitaverunt consilia. Proprius quidem sermonis sensus beatum dicit omnem hominem, qui non adsidet, neque consentit molientibus prava, hoc est seductoribus.

2. Neque enim aliter virtutem assequimur, et a malis abstinemus, nisi divinarum Scripturarum meditatione.

3. Ut enim ligna, quæ prope aquas exsistunt, semper florent : ita irrigatus meditatione Scripturarum mente semper floret, et sanam intelligentiam possidet : lignum autem vocat crucem circumfusam aquis lavacri, et foventem illuminatos.

4. Nam suo tempore germinavit crux salutem nostram, hoc est botrum nostræ salutis, et vitæ.

5. Folia crucis fideles sunt, quippe per eam generati, et in ipsa manentes non defluent.

6. Omnia enim, quæ per crucem fiunt, prosperantur. Proficit enim, et permanet, et finem non habet fides, spes, et charitas.

7. Nihil enim eorum, quæ crucis sunt, apud hæreticos, aut Judæos, aut idololatras obtinet, et fructificat. Sed quemadmodum pulvis dispergitur, ita Judæi ob insipientiam, et infidelitatem defecerunt a Christo, et projecti sunt per omnem terram.

8. Qui enim non agnoscunt, aut Deum non colunt, post resurrectionem non interrogantur, et rationem vitæ reposcuntur, nam manifestam habent damnationem; nullum enim opus justitiæ in ipsis reperitur.

9. Nota enim est Deo, et justorum via, et iniquorum : et illam quidem custodit, hanc vero abominatur, et abjicit tanquam nequam.

(44) Ad psal. LIII.

(45) Hebraice הקבלה, *Hakabalà*, Latine *traditio.*

(46) Burnet, *Archæolog. philosoph.;* auct. *Kabal. denud.* part. II.

(47) Vitring. *Obser. sac.* l. I, dissert. 2, *De Sephiroth Kabalist.*

(48) *Bibl. Rabbin.*, parte IV, pag. 252.

(49) *Exercit.* lib. II, exerc. 9, cap. 5.

(50) Rabbenù Hakkadosc, qui temporibus Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, et Commodi imperatorum inter suos maxime claruit, priscorum sapientum Judæorum, ut rabbini tradunt, schedulas omnes, quibus memoriæ juvandæ causa, תורת שבעל פה *Thorath Scebaàl Pe*, oralis lex scripta erat, diligenter collegit, et ex iis circa annos Domini 189 et 194 volumen composuit, quod ab ipso משנה *Miscnà*, hoc est *repetitio legis* inscriptum est. Alia autem opuscula, quæ a priscis rabbinis, post rabbinum Hakkadosc composita sunt, veniunt sub nomine *Miscnayoth*, et vocantur *Baraycthoth*, nempe extraneæ traditiones, quarum lectionem una cum *Miscnà* conjungunt Hebræi. Totum autem istud jus Judaicum, seu legis repetitio duabus partibus coalescit *Miscnà* et *Ghemarà*. Miscnà est purus et primarius textus, quo summatim et veluti per aphorismos hujusmodi lex repetita seu jus Judaicum exhibetur. גמרא *Ghemarà* vero, quæ ita dicta est tanquam legis oralis perfectio, absolutio et consummatio, est altera pars, qua *Miscnæ* variæ explicationes et variarum opinionum discussiones conti-

Digitized by Google

Moyse in hæc usque tempora successione; tertio Kabala dicitur doctrina quædam mystica ex variis nominum divinorum combinationibus et resolutionibus litterarum alphabeti vario situ, permutatione, decussatione, decem Sephiroth, sive Dei attributis varie inter se comparatis, aliisque ejusmodi næniis orta et eruta. Ita Morinus. Et quoniam Kabalæ nomen, ut dictum est, proprie significat legem seu doctrinam a majoribus ore traditam, distingui etiam ea solet in veterem ac recentiorem. Recentior quidem, quæ in priscis rabbinorum scholis ortum et principium habuit, nihil aliud est, ut aliqui putant, quam philosophia Pythagorica, quatenus Pythagoræ dogmata posteritati innotuere, sive Platonica de Deo et rebus spiritalibus ex Scriptura illustrata, et ænigmatice ac symbolice proposita; vel potius sanctarum Scripturarum theologia symbolis Platonicorum et Pythagoricorum ænigmatibus, et rabbinorum fabulis ac puerilibus tricis obscurata. Hæc Kabalistarum libris continetur, et ad eam illustrandam incubuerunt Joannes Carolus Saracenus, Picus Mirandulanus, Joannes Reuchlinus, Paulus Riccius et auctor anonymus librorum *Kabalæ denudatæ*; cui et alia Kabalæ species posteriorum rabbinorum propria adjungenda videtur, si non tempore æqualis, certe non multo illa inferior, de qua præter Morinum a me nuper laudatum, aliosque scriptores Bartoloccius pluribus in locis suæ *Bibliothecæ Rabbinicæ* meminit, eamque detestatur his verbis: « Auctores infamis illius artis quam kabalisticam appellant, et per quam profani homines, qui kabalistæ inter Judæos dici voluere, totam sacram Scripturam litterarum permutationibus, valoribus numericis pro elementis alphabetariis acceptis, dictionibus integris in numeros resolutis, et in alium omnino usum diversum, et quandoque contrarium, et diametrice oppositum ipsi sacræ Scripturæ, ausu prorsum temerario et omnino damnando, eamdem sacram paginam deturpare conati sunt. » Altera vero antiquior est, quæ ante Christum natum inter viros vera Scripturarum scientia instructos obtinuit (51), quæque versabatur in intelligendo mystico Scripturarum sensu, et longe sublimiori illo, qui ex litterali et naturali verborum intellectu legenti occurrit: et hanc quidem scientiam fuisse, aiunt, prophetarum et sanctorum Veteris Testamenti a Moyse, et a Deo ipso servis suis traditam, quæ non solum versabatur circa allegoricos et mysticos sacrarum Scripturarum sensus, sed etiam complectebatur dogmata præcipua fidei Judaicæ de veneranda in Deo Trinitate, de adventu Messiæ, atque humani generis redemptione, animarum immortalitate atque aliis hujusmodi, quæ difficile ex verbo divino non adhuc aperte tradito, intelligi poterant.

XXV. Profecto Christus Dominus et apostoli quibusdam Veteris Testamenti locis usi sunt ad confirmandam veritatem, qui, licet ex proprio litterali sensu ad probandum id quod intendebant, suam vim haberent atque auctoritatem, longe tamen majus eis pondus accedebat ex traditione prophetarum et sanctorum veterum, unde constabat illos ad Messiam respicere, atque in illis de Redemptore agi. Quæ quidem, traditione seclusa, minoris ponderis et levioris auctoritatis apud eos fuissent, et nunc hujusmodi esse forte quibusdam videri poterunt, qui non satis animum intendunt ad tempus, et locum, et personas, quibus illa prolata sunt. Profecto, quæ de mystico et allegorico Scripturarum sensu et doctrina apud Veteris Testamenti Patres per manus, ut ita dicam, tradita dicta sunt, fidem ac probationem accipere videntur ex verbis Hilarii (52): « Qui Moyses, ait, quamvis Veteris Testamenti verba in litteris condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria Septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam Dominus in Evangeliis meminit dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi: omnia quæcunque dixerint vobis servate et facite, secundum] vero facta eorum nolite facere.* Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum officio et numero conservata est (53). »

nentur. Ex *Ghemarà* autem juncta *Miscnæ* תלמוד, *Talmud*, quæ vox *doctrinam* significat, constituitur. *Talmud* vero duplex est, alterum est Babylonicum, alterum vero Hierosolymitanum. Babylonici auctor fuit Raù Ascè, Babylonicus, et quia morte præventus opus perficere nequivit, postea absolutum est a Marimar, et a Mar filio Raù Ascè, circa annum Domini 500 aut 505; Hierosolymitanum vero, quod est commentarium super nonnullos, non autem super omnes *Miscnæ* libros, ex diversis rabbinorum sententiis collectum in terra Israelitica pro iis præsertim, qui eam regionem incolebant, circa annum Domini 368 scripsit Rabbi Jochanaù dialecto Hierosolymitana; et ideo Hierosolymitanum dictum est. De utroque *Talmud* plura videri poterunt apud Bartoloccium in sua *Bibliotheca Rabbinica*, ubi fuse et multifaria eruditione hisce de rebus pertractat.

(51) Rich. Sim. *Crit. Vet. Testam.*, et *in Litt. resp. ad animadvers. Claud. de Veil.*; Cunæus *De Republ. Hebr.*, lib. III, cap. 8.

(52) Com. *in Psal.* II, n. 2.

(53) Verum enim summopere cavendum est a recentiorum rabbinorum commentis, qui hujusmodi historia et traditione, quam nobis prodit Hilarius, abutuntur in suas nænias et fabulas confirmandas, et ad eas simplicioribus obtrudendas. Fabulantur enim rabbinici doctores, Deum in monte Sina præter legem scriptam alia plura oretenus Moysi tradidisse, quæ *Legis oralis* nomine complectuntur: Moysen autem Josue, Josue vero septuaginta senioribus, seniores prophetis, prophetas viris Synagogæ magnæ, quorum ultimum Simeonem, cognomento Justum, non tamen illum, qui puerum Jesum in ulnis suscepit, sed alium multo antiquiorem, tempore Alexandri Magni, Antigono Sochæo, et aliis subsequentibus viris synedrii magni, et sic deinceps usque ad Rabbenù Hakkàdosc, qui ne omnino oblivioni traderentur, ac perirent, schedulas priscorum sapientum, ut ipsi affirmant, huc illuc dispersas

Digitized by Google

XXVI. At vero si rem totam præ oculis positam attentius intueamur, et quæ in Veteri Testamento scripta et quæ in Novo, et quæ a majoribus accepta nobisque tradita sint, diligentius consideremus, nemo erit, ut puto, qui facile animum suum inducat, ut credat, Moysen, prophetas, atque alios veteris legis magistros et sanctitate et scientia præstantes aliquam certam Scripturas allegorice interpretandi rationem seu doctrinam a Deo accepisse, quæ *Kabala* nominanda sit; sed potius generatim eis compertum fuisse in simplicioribus sacrarum Scripturarum verbis arcanos et sublimiores sensus reconditos esse, quos, quantum in se erat, rimati sunt atque investigaverunt. Illis autem non tam suo labore atque industria, quam summa omnipotentis Dei benignitate magis, minusque pro personarum conditione, Spiritu sancto edocente, qui spirat ubi vult, aliqua revelata fuisse, alia vero per manus quodammodo accepisse ex traditione majorum, qui similiter cœlestia mysteria velamine verborum occultata ex parte aliqua assecuti sunt. Cæterum intueri, sublato velamine, divina et superna mysteria, et dispulsis figurarum tenebris, arcanos Scripturarum sensus introspicere, ad id tempus servatum est, quo splendor Patris, lux mundi populis jacentibus in tenebris et umbra mortis exoriretur in terris. Huc autem spectare videntur verba Apostoli in Epistola ad Corinthios: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat* [11]; et paulo inferius: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum* (*quoniam in Christo evacuatur*), *sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum... Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu* [12]. Ad illa autem Apostoli verba de velamine super cor Judæorum, cum legitur Moyses, ita commentatur Origenes refellens Celsum (54), qui, Judæorum sensus eosdem esse ac Christianorum in sanctis Scripturis interpretandis, temere affirmabat. « Dicemus, inquit, in confesso esse apud utrosque, libros divino Spiritu fuisse scriptos; de illorum autem librorum interpretatione nos cum Judæis dissentire. Quippe non ut Judæi vivimus, negamusque mentem legis contineri sensu, quem legum littera præ se fert. Quinimo affirmamus, cum legitur Moyses, velamen positum esse super cor eorum, eam ob causam, quia legis Mosaicæ mens occultatur iis, qui viam a Jesu Christo monstratam ingredi recusarunt. Scimus autem, quando se quis ad Dominum, qui Spiritus est, converterit, velamen auferri, eumque *retecta facie Domini gloriam, velut in speculo, intueri* in illis sensibus, quos littera legis abscondebat, et in suam ipsius gloriam gloriæ divinæ participem fieri. Nam id, quod hic per figuram vocatur *facies*, aperte loquenti est intellectus, in quo est interioris hominis facies, quæ, perspecto vero legum sensu, tota lumine et gloria resplendet. » Quamobrem juxta verba beati Apostoli spiritalis sacrarum Scripturarum intelligentia, et sublimioris illarum sensus perfecta prorsus atque absoluta cognitio revera solis apostolis, sanctisque Patribus, et Ecclesiæ Dei vivi, quæ est columna, et firmamentum veritatis [13], et ad quam ex apostolica traditione dimanavit, tribui debet. Nam ex iis quæ circa Christum Dominum contigerunt, magna lux sacræ Scripturæ, et præcipue propheticis oraculis allata est. Præterea Christus postquam in cœlum ascendit, Spiritum sanctum, quem promiserat apostolis, misit, qui doceret eos omnem veritatem; ideo docente Spiritu veritatis pervenire apostoli potuerunt ad allegoricum seu spiritalem sacrarum Scripturarum sensum percipiendum, et eo pertingere quo Patribus Veteris Testamenti et magnis prophetis penetrare non licuit.

XXVII. Apostolorum igitur exemplo excitatos, eorumque vestigiis et doctrinæ inhærentes vetustissimos orientalis Ecclesiæ Patres mystico Scripturarum, sensui aperiendo potissimum studuisse, fidem faciunt, ut superius dixi, præter Origenem et Clementem Alexandrinum epistola quæ Barnabæ ascribitur; Commentaria *in quatuor Evangelia* Theophili episcopi Antiocheni, vel alterius antiqui scriptoris, qui Evangelium mystica interpretatione explicat, tum etiam Hebraica nomina quæ in Novo Testamento continentur diligenter interpretatur, et allegoricum sensum pie ac solerter exponit; tum alia ejusdem Theophili aliorumque veterum Ecclesiæ Patrum opuscula quæ ad nos pervenerunt. Cur autem antiqui Orientis Patres in perscrutando mystico seu spiritali Scripturarum sensu adeo diligentes et assidui fuerint, duplici ex causa evenisse, quisque, ut reor, judicabit. Prima, quia hujusmodi interpretationem aptiorem existima-

[11] II Cor. III, 3, 6. [12] ibid. 13-18. [13] I Tim. III, 15.

collegit, librumque *Miscnà* confecit, a quo cum *Ghemarà* conjuncto *Talmud* componitur. *Talmud* autem Hebræi æque ac sacram Scripturam magni faciunt; imo etiam præferunt. Est autem liber plenus ridiculis et putidis fabulis, superstitionibus, blasphemiis et impietatibus refertus, ut merito pluries fuerit a Romanis pontificibus proscriptus, et igni damnatus, et longe antea ab imperatore Justiniano ejus lectio Hebræis interdicta videtur in novella 146, tit. *De Hebræis*, verbis illis: « Quæ vero Deuterosis, quasi secundaria eruditio ab ipsis dicitur, in universum interdicimus, ut qui sacris libris comprehensa non sit, neque desuper tradita per prophetas, sed excerpta quædam virorum contineat, qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in se divini habeant Numinis, etc.

(54) Orig. *contra Cels.* lib. v, n. 60.

Digitized by Google

bant ad alendam fidelium pietatem et magis accommodatam Christianæ religioni, quæ adoratores exigit in spiritu et veritate; tum etiam quia omnino necessariam esse censebant rectam Scripturarum intelligentiam, cum quædam in Veteri Testamento occurrant, quæ nisi spiritalis interpretatio adhibeatur in absurdum sensum accipi possunt. Altera autem haud dubie ea est, quia per id tempus exorta erat hæresis Gnosticorum, qui catholicorum magistros et doctores, veluti rudes atque imperitos traducentes, specie quadam sublimioris scientiæ ad se alliciebant Christianos, et novis allegoricis interpretationibus adulterantes Scripturas, fabulas suas pro nova quadam reconditaque doctrina venditabant, et non secus ac Pharisæi in veteri lege errores suos ac deliramenta simplicioribus obtrudebant. Profecto Gnosticorum hæresis a Pharisæorum fermento, a quo ut caverent, apostolos monuit Christus Dominus, originem suam ducebat. Neque enim Gnosticorum pseudo-theologia aliud erat, ut etiam alii observarunt, quam philosophia Pythagorica, atque etiam Platonica, ut ab Hebræis kabalistis exposita et interpolata est, et pluribus additis, inversis, amputatis, non parum immutata. Nam Judæorum Kabala, de qua plura superius dixi, quemadmodum et primis Ecclesiæ sæculis a rabbinis tradebatur, atque etiamnum a nonnullis rabbinicarum traditionum magistris traditur (55), agit potissimum de rerum origine et ratione, ac modo generationis seu progressionis et fluxus rerum a primo *ente*, et de earumdem rerum gradibus descensuque a summis ad ima. Non autem dissimile fuit Gnosticæ pseudo-theologiæ argumentum, ut videre licet apud Irenæum et apud Epiphanium, aliosque veteres Ecclesiæ scriptores. Non tam Gnosticos quam veteres Kabalistas circa duos potissimum versatos fuisse (56), ex veterum scriptis, quæ ad nos pervenerunt, comperitur. Primum, ut fabulosis suis commentis exponerent, quo ordine, et qua serie res omnes a Deo sint, tanquam a prima causa, quæ necessario exsistit; secundum, ut ostenderent causam primam et originem mali. Quod de Gnosticis manifesto constat ex ejusdem sancti Irenæi libris *Adversus hæreses*, ubi refert impii Valentini errores. De Kabalistis vero ex eorum libris qui ad nos pervenerunt, et quibus explicandis non solum ipsi Judæi, sed etiam aliqui eruditi viri ex Christianis inanibus variæ scientiæ promissis decepti, ex ænigmaticis sensibus ac præstigiis illusi allaborarunt. Profecto primi Gnosticorum hæresis auctores Judæi fuerunt, ac proinde in kabalisticis fabulis et ænigmatibus versati. Itaque nil mirum est si Gnostici, suorum magistrorum ænigmatica doctrina imbuti, sacras Scripturas ænigmatibus atque ambagibus verborum, mysticis atque alienis sensibus interpretarentur, et Dei Verbum fabulosis suis commentis corrumperent. Quamobrem antiqui illi primorum sæculorum Patres, ut Gnosticorum impietatem et audaciam in adulterina ac perversa Verbi Dei interpretatione rudibus ac simplicibus obtrudenda coercerent, et pestiferæ eorum doctrinæ clanculum serpenti obviam irent, investigando potissimum sacrarum Scripturarum mystico sensui studium omne ac diligentiam adhibuerunt et summopere curarunt, quod pastoralis eorum muneris præcipuum erat, ut Scripturarum allegorico sensu juxta Ecclesiæ ab apostolis acceptam doctrinam, et prædecessorum regulas exposito, Gnosticorum commentis ac fabulis spiritalis interpretationis veritatem opponerent. Quæ cum ita sint, ut paucis concludam, neminem esse puto, qui non intelligat, explicationem Hebraicorum nominum et allegoricam Scripturarum interpretationem et patriæ atque instituto Athanasii, tum etiam ejus ætati ac doctrinæ admodum consentaneam esse, minimeque adversari.

XXVIII. Verum per eadem tempora, quibus claruit Athanasius, exorta impii Arii hæresi, necesse fuit accuratius litteralem Scripturarum sensum excutere atque explicare; quoniam Ariani contextum Scripturarum subdole interpungentes, vel vim verborum astute ac subtiliter exponentes, sacrarum Scripturarum auctoritate ad suæ impietatis confirmationem abutebantur. Itaque novis subinde enascentibus erroribus, et inter Christianos effervescente disputatione, cum alii pro veritate, alii contra starent, et utrique in humanis disciplinis, et dialectica facultate, et Scripturarum lectione apprime versati essent, accurateque proprium Scripturarum sensum ad grammaticæ leges expenderent atque exigerent, in causa fuit cur deinde, disputationis necessitate suadente, litteralis Scripturarum expositio usu recepta in Oriente sit, in qua inter catholicos doctores excelluit S. Joannes Chrysostomus. Nam, ut memoriæ traditum est (57), et Patrum scripta quæ ad nos transmissa sunt, ostendunt, in litterali sacrarum Scripturarum interpretatione maxime floruit schola Antiochena. Siquidem Eusebius Emisenus, qui magistros habuit Patrophilum Scythopolitanum et Eusebium Cæsariensem, Antiochiæ diu versatus est, ibique etiam, ut puto, docuit, familiariter usus Euphronio et Flacillo ejusdem urbis episcopis (58). Exemplo autem et institutione Eusebii historiam, hoc est sensum litteralem (ita enim intelligenda videntur verba Hieronymi, quæ inferius afferam), studiose prosecutus est Diodorus Tarsensis, magister S. Joannis Chrysostomi, Theodori Mopsuesteni, Maximi Seleuciensis, et Nestorii (59-60), quem tamen potius

(55) Burnet. *Archæolog. philos.* c. 7.
(56) Vitring. *Observ. sacr.*, dissert. II, lib. I, c. 2, in not.
(57) Socr. *Hist. eccl.* lib. II, c. 9.
(58) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. III, c. 6; Socr. *Hist. eccl.*, lib VI, c. 5
(59-60) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. VIII, c. 2; Socr. lib. VII, c. 29.

Digitized by Google

Theodorum, a quo etiam errorum suorum virus hausit, vel certe utrumque audivisse crediderim. Joannes quidem Chrysostomus a B. Hieronymo vocatur (61) « Eusebii Emiseni, Diodorique sectator. » Theodorum vero Mopsuestenum inauspicato magistrum habuit Theodoretus episcopus Cyri, qui et S. Joannem Chrysostomum audivit, ejusque eloquentiam imitatus est ; amborum autem meminisse videtur in præfatione suorum commentariorum *ad Epistolas Pauli*, ubi ait : « Sed fortasse me arrogantiæ et temeritatis accusabunt, quod post hunc et illum, qui totius orbis sunt lumina, audeam apostolicam interpretationem aggredi. Ἀλλ' αὐθαδείας με τυχὸν, καὶ θρασύτητος γράψονται, μετὰ τὸν δεῖνα τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας, τῆς ἀποστολικῆς ἑρμηνείας κατατολμῶντα. Et Theodori quidem Mopsuestiæ episcopi, et magistri sui errores etiam scriptis adversus S. Cyrillum libellis infeliciter tutatus est, laudibusque immodicis in sua *Ecclesiastica historia* ornavit (62). De Diodoro autem Tarsensi hæc memoriæ tradidit Hieronymus (63) : « Exstant ejus in Apostolum commentarii, et multa alia ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia : cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam sæcularium litterarum. » Cum Hieronymo consentiunt Socrates (64), ac Sozomenus (65), quorum primus : « Diodorus, » inquit, « ad episcopatum Tarsi promotus multos conscripsit libros, simplicem duntaxat, atque obvium Scripturarum sensum inquirens, allegoricam vero earum interpretationem refugiens. » Διόδωρος δὲ ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. Alter vero non absimilia tradidit scribens : « Diodorum, qui et Tarsensis Ecclesiæ episcopus fuit, multos, audivi, libros posteris scriptos reliquisse, et sacra volumina ad litteram exposuisse, repudiatis allegoriis. Διόδωρον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· ὃ ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. Quin etiam eumdem Diodorum refert Suidas (66) inter alios plures librum composuisse, cui hunc titulum fecit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας ; « Quæ differentia sit inter theoriam et allegoriam ? » Ludolpho Kustero, qui nitidissimam Suidæ editionem adornavit, aqua hæret, nec facile se expedit in assignando discrimine inter theoriam et allegoriam. In notis enim, quibus Suidæ opus illustravit, ad verba illa Suidæ talia scribit : « Θεωρία, theoria igitur quid significet, hinc patet. Ab ea differt allegoria, quod hæc in inferioribus subsistat, nec in tam sublimi argumento versetur quam theoria : quæ ratio est, quare Diodorus, ut Suidas hic testatur, de differentia theoriæ et allegoriæ scripserit. » Ego vero mendum puto esse in textu, et pro Θεωρίας seu ἀλληγορίας legendum Ἱστορίας, adeo ut titulus libri fuerit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἱστορίας, vel τίς διαφορὰ ἱστορίας καὶ ἀλληγορίας. « De differentia sensus allegorici, et litteralis. » Nam apud Græcos ecclesiasticos scriptores theoriæ nomine significari consuevisse sensum spiritalem et allegoricum manifestum fit tum ex allatis verbis Socratis et Sozomeni, aliorumque plurimorum scriptorum', tum ex multis locis hujusmet commentarii S. Athanasii. E diverso ἱστορίας seu historiæ nomine sensum litteralem et historicum Græcos scriptores nuncupasse, res notior est, quam ulla probatione indigeat, cum plura veterum auctorum loca ad id probandum omnibus in promptu sint (67). Sed redeo ad Hieronymum, ejusque verba de Eusebio Emiseno afferam. Sanctissimus igitur doctor in *Catalogo virorum illustrium* (68) de eodem Eusebio, quem Diodorus sibi sequendum imitandumque proposuit, hæc litteris mandavit : « Eusebius Emisenus episcopus elegantis et rhetorici ingenii, innumerabiles, et qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his qui declamare volunt, studiosissime legitur. » Verum hac de re haud plura, cum ad rem propositam parum pertinere cuiquam videri possint. Ac vero a me hæc omnia hactenus eo consilio disputata sunt ut ostenderem, modum ac rationem sacras Scripturas in allegoricum exponendi sensum, non solum Athanasio æqualem, sed etiam ejus ætate antiquiorem fuisse. Præterea, ut manifestum facerem quibus auctoribus et quo tempore utraque sacros libros explicandi ratio tum allegorica seu mystica, tum historica seu litteralis cœperit ac floruerit. Nam id magnopere intererat, ut nostrum Commentarium jure merito sancto Athanasio, cujus nomen præfert, vindicaremus.

XXIX. Profecto inter cætera sacrarum Scripturarum volumina potissimum Psalmorum libro allegoricum convenire sensum testimonio veterum Patrum, qui in eo aperiendo operam suam collocarunt allatis Hilarii et Augustini verbis, a nobis supra ostensum est, et latius si opus esset, facile demonstrari posset ; sed inane ac superfluum est in re minime dubia testibus uti non necessariis. Clavis autem ape

(61) In *Catal. vir. illust* ; Niceph. lib. IV, c. 54.
(62) Theod. *Hist. eccl.* lib. V, c. 40.
(63) Hieron. *Catal. vir. illustr.* c. 119.
(64) Lib. VI *Hist. eccl.*, c. 3.
(65) Lib. VIII, c. 2.
(66) In voce Διόδωρος.
(67) Vide Lexicon Suiceri in verbis Θεωρία, Ἱστορία, Ἀναγωγή, Διάνοια.
(68) C. 91.

Digitized by Google

riendi mysticos sacrorum canticorum sensus, et janua penetrandi arcana Davidicorum psalmorum adyta, est titulus cujusque psalmi, teste veteri scriptore, cujus commentarii *in Psalmos* sub nomine Hieronymi editi sunt : « Quid est titulus, inquit, nisi clavis? Ut ita dixerim, in domum non ingreditur, nisi per clavem : ita et uniuscujusque psalmi intellectus, per clavem, hoc est per titulum intelligitur, in cujus persona cantatur, aut in persona Christi, aut in persona Ecclesiæ, aut in persona Prophetæ. » Et S. Augustini titulum psalmi præconem totius psalmi vocat in expositione psalmi CXXXIV, et idem Augustinus de titulo psalmi LIII, quem in allegoricum sensum de Christo exponit : « Inde enim, inquit, pendet omnis versus qui cantatur. Si quis itaque agnoscat, quod in domus fronte præfixum est, securus intrabit, nec cum intraverit, errabit ; hoc enim in ipso poste prænotatum est, quomodo interius non erretur : » Et rursus in commentario *ad psalmum* LXIV, cujus titulum in allegoricum sensum sanctissimus Doctor interpretatur : « Agnoscenda est, ait, vox sanctæ prophetiæ ex ipso titulo psalmi. » Titulos autem inscriptos fuisse potius ad intelligendum percipiendumque psalmorum sensum allegoricum et spiritalem, quam litteralem et historicum, ideoque ad eum potissimum respicere et ad illum pertinere, testimonio sunt quæ scribit idem Augustinus in locis nuper a me laudatis, tum etiam in expositione psalmi LIX, ubi monet qua mente et consilio, Spiritu sancto dictante, tituli psalmis inscripti sint : « Verumtamen sicut solet propheticus spiritus in psalmorum titulis recedere aliquantulum ab expressione rerum gestarum, et aliquid dicere quod in historia non invenitur, et hinc potius admonere non propter cognoscendas res gestas esse hujusmodi titulos inscriptos, sed propter futura præfiguranda, » etc. Augustino in hac eadem sententia de titulis psalmorum præivit S. Hilarius, qui ad psalmum LXIII : « Psalmi, ait, superscriptio historiam non continet, simplex est, et prophetali spiritu editus... cum enim illi ipsi psalmi, qui secundum titulorum inscriptiones res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui et rerum, ac personarum proprietate dissentiant, magisque per editiones nominum, atque gestorum, spiritualium operationum significent effectus. » His autem addi debet Cassiodorus, qui in Præfatione *ad Psalmos* sententiam magni Augustini more suo secutus, hæc habet : « Quasdam superscriptiones psalmorum per allusionem consimilem constat spiritualiter intuendas : quia si litteram consideras, extraneum est, cum non ea invenias in psalmis quæ continentur in titulis ; si vero trahantur ad tropicum intellectum, nimis videntur accommode. » Quare paraphrasis nostra, in qua psalmorum cujusque titulus in allegoricum sensum exponitur, ac deinde totus psalmus in eumdem sensum allegoricum seu mysticum de Christo, et Ecclesia, ejusque membris mira brevitate explicatur, sanctissimo episcopo Athanasio, cujus nomen inscriptum præfert, non solum digna reputanda est, sed etiam multo in pretio atque existimatione ab omnibus habenda videtur, cum veterum Ecclesiæ Patrum menti ac sententiæ in recte exponendis intelligendisque psalmis maxime conveniens sit, et consentanea.

XXX. Cæterum inter alia argumenta quæ ad vetustatem nostræ translationis seu interpretationis comprobandam afferri possunt, illud non minimi ponderis est, quod interpretatio versiculis respondet, in quos membratim distincti per cola et commata psalmi antiquitus scribi solebant, non autem per versus longiores, ut in recentioribus codicibus reperiuntur, et in editis libris, quibus Ecclesia et omnes vulgo nunc utuntur, retinentur. Profecto de divisione librorum sacræ Scripturæ per versiculos, seu στιχηρούς, nos docet Hesychius Hierosolymitanus, qui, ut quidam putant, sæculo sexto vixit, id inventum, atque institutum fuisse a sanctis Patribus majoris perspicuitatis gratia, ut legens periodum per sua membra distinctam facilius orationis intellectum assequeretur (69). Imo vero jam ante Christi Domini adventum comperitur, usu receptum fuisse apud Hebræos, ut Psalmorum aliique sacræ Scripturæ libri versiculis distincti scriberentur; et fortasse inde mos iste ad Christianos devenit. Veterem versuum distinctionem secutus est Origenes in suis *Hexaplis*, quem imitatus est Hieronymus (70), qui Psalterium aliosque sacræ Scripturæ libros per versus breviores disposuit, providens, ut ipse inquit, utilitati legentium ; nam per cola scripti, et commata manifestiorem legentibus sensum tribuunt. Antiquiores utique codices Græci mille et plus annos ante scripti versuum distinctionem retinent ; et non solum Græca, sed etiam vetustiora Latina exemplaria hujusmodi descriptionem per cola et commata habent. Et quidem Psalterium ex antiquo codice Vaticano versiculis brevioribus distinctum ad publicam utilitatem et fidelium pietatis incrementum in lucem edidit ven. mem. cardinalis Thomasius, qui etiam ex divo Augustino in Enarratione secunda in psalmum XXI observat, eamdem versuum distinctionem adhibitam fuisse in Ecclesia, dum cantor ex ambone psalmum particulatim præcinebat; quod autem ipse pronuntiabat, reddebatur a Dei plebe. Verba Augustini talia sunt : « Putas ibi ponunt aures, quando

(69) Ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς Θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ, πρὸ τὴν μελετωμένων σαφήνειαν τῆς προφητείας ἐκτίθεσθαι. Hesych. in lib. Στιχηρόν XII *Prophetarum*, tom. VIII *Crit. sac.*, pag. 26.

(70) Præf. *in Ezechiel.*

Digitized by Google

lector ipsorum dicit : *Commemorabuntur, et convertentur ab Dominum universi fines terræ?* Eia forte unus versus est : aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit : attende, quia repetit, et surdos pulsat : *Et adorabunt in conspectu ejus universæ patriæ gentium.* Adhuc surdus est, non audit ; pulsetur iterum : *Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Tres istos versus tenete, fratres, etc. » Quibus clarissimus cardinalis hæc subjicit : « Ex quo loco apparet in cantu psalmi responsorii olim tum in Oriente, tum in Occidente usitatiore, in quo lector præcinebat versus, et populus eosdem ipsos respondendo repetebat, usurpatam fuisse antiquam illam versuum distinctionem, qui breviores erant ; non alteram sequentis ævi versuum paulo prolixiorum... Nam præterquam quod id postulabat ratio ejusmodi institutionis, nempe ut rudis populus psalmos caneret, quos nec de libro legeret, nec memoria teneret ; unde et necesse erat verba ei pauca præberi repetenda, ut membratim cæsimque totum psalmum percurreret. » Sed de hujusmodi divisione per στίχους pluribus erudite disserunt idem cardinalis Thomasius, et Henricus Valesius et Pater Martiane (71), aliique, quos consulere poterit, qui hac de re plura scire desiderat. Quod enim pertinet ad rem, de qua agitur, illud est, quod præter antiquissimum Vaticanum codicem, quo laudatus cardinalis Thomasius usus est, etiam codex Alexandrinus eodem modo habet Psalterium versiculis distinctum. Codex autem Alexandrinus scriptus est, ut fertur (72), manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ paulo post concilium Nicænum, ætate scilicet Athanasii, quem Alexandria, unde Alexandrinus dictus, secum Constantinopolim detulit Cyrillus Lucary, primum in illa, post in hac urbe Græcorum schismaticorum patriarcha, a quo deinde Carolo I Anglorum regi dono missus est. Quare cum translatio nostra versuum distinctioni codicis Alexandrini apprime respondeat, et vetustatem, et auctorem esse Athanasium, cujus nomen præfert, etiam ex hac parte quodammodo demonstrat. Non autem parvi laboris fuit, cum id animadvertissem, ita disponere sanctissimi episcopi translationem, ut singulis psalmorum versiculis subjecta ejusdem Athanasii interpretatio responderet. Erat enim confuse scripta, sæpe commistis Psalmorum cum ipsius expositionis verbis, et ita disposita, ut potius cum recentiori longiorum versuum distinctione, quæ nunc in usu apud omnes Ecclesias est, conveniret. Plura præterea aderant, ut jam a principio monui, menda et errata ; sed de textu quidem nihil immutare ausus sum ; meas vero conjecturas, notulas et emendationes in margine, appositio asterisco seu litterula, ascripsi.

XXXI. Ut vero rem mihi propositam prosequar, hanc interpretationem aut Græcum Psalmorum commentarium, quem in lucem damus, recentioris usus aut temporis haud quisquam fuisse autumet, quia in eo legitur inscriptiones seu titulos psalmorum rubro colore seu cinnabari scriptos fuisse. Siquidem morem adhibendi purpureum colorem minio vel cinnabari confectum in scribendis librorum, seu capitum, aut lectionum titulis longe ante Athanasii ætatem receptum fuisse tum apud Latinos, tum apud Græcos, et probant vetustissimi codices, et pluribus ostendunt duo eruditissimi viri ejusdem Benedictinæ congregationis Mabillonius et Montfauconus (73). Et quidem in ipso Alexandrino codice titulos psalmorum rubro colore inscriptos esse testatur Joannes Ernestus Grabe his verbis : « Sequitur inde ipsum Psalterium, in quo cujuslibet psalmi inscriptio, aut ubi nulla datur, veluti psalmi primi, prima linea minio scripta est, nec non vox διάψαλμα, quandocunque occurrit, id, quod etiam de titulis odarum, et orationum psalmis subnexarum dicendum est. » Encausto autem, quod genus atramenti erat purpurei coloris ex cocti muricis, vel triti conchylii cruore confectum, ut nemini præter imperatorem uti liceret, illudque habere, aut quærere, lege cautum est a Leone imperatore in constitutione Hilariano magistro officiorum, et patricio inscripta (74). Exstant etiamnum in archivo castri Sancti Angeli professiones fidei Græcorum imperatorum Græce tantum, vel Græce et Latine in charta pergamena scriptæ, eorumque manu encausto subscriptæ, quas ad Romanam sedem, tanquam ad caput totius catholicæ Ecclesiæ miserunt : sed eo revertor, unde digressus sum.

XXXII. Neminem ad temere abjudicandam magno Athanasio nostram metaphrasim, seu translationem ex eo commoveri velim, quod in ea non leguntur quæ ex S. Athanasio laudat S. Germanus patriarcha Hierosolymitanus in epistola ad Thomam in hunc modum (75) : « Beatus Athanasius illud psalmi dictum interpretans : *Qui sedes super cherubim, appare*, talem de illis tradidit intelligentiam. Et certe illorum cherubim principalia ἀρχέτυπα ignota sunt omnimodis natura hominibus : spiritus enim et ignis exsistunt, et ab omni corporali formatione atque natura extranea. » Si autem hæc Germani verba considerentur, evidens est, eum minime affirmare, quæ ex S. Athanasio laudat, ab eo in commentario *super*

(71) Card. Thomas. in præf. ad Psal. vers. dist. ; Mart. Proleg. IV, *in Bibl.* S. Hier. ; Vales. in not. ad Euseb. *Hist. eccl.*, lib. VI, c. 16.
(72) Joann. Ern. Grab. *Prol. ad Vet. Test.* LXX Interpr. ex *Cod. Alex.* c. 1, § 1.
(73) Mabill. *De re dipl.*, lib. I, c. 10, n. 3 ; Montfauc. *Palæograph.* lib. I, c. 1.
(74) Leg. *Sacri affatus*, Cod. *De divers. rescript.*
(75) *Act.* IV Conc. Nic. II, tom. IV *Concil. Hard.*, pag. 258.

Digitized by Google

Psalmos scripta fuisse. Itaque fieri potest, ut verba illa Davidica : *Qui sedes super cherubim* [15] : in alio opere, quod B. archiepiscopus scripserat, explanaverit, et quod illud ad nostram ætatem minime pervenerit; plura enim præter ea quæ typis impressa sunt, S. Athanasium scripsisse, tum ex veteribus scriptoribus, tum ex antiquis Græcis codicibus manifestum est, et potissimum ex vetustissima catena Græcorum Patrum, quam fere totam mea manu descripsi ex alio antiquiori codice annis ab hinc octingentis scripta, ubi fragmenta afferuntur ex aliis sanctissimi episcopi operibus, præter ea quæ a Patre Montfaucono, Guillelmo Caveo, Lambecio, Fabricio, Oudino aliisque memorantur. Adrianus etiam papa hoc nomine primus in epistola ad Carolum Magnum auctoritatem affert ex commentario S. Athanasii *super Psalmos* his verbis : « Item S. Athanasii de interpretatione psalmorum inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum Jerusalem [15] : imago autem eorum terrestris. Quod enim dicit, tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore : *Nescio vos* [16] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » Adriano additur *Chronicon Alexandrinum*, cujus verba, tum etiam Adriani non leguntur in nostra translatione, sed in commentario *super Psalmos* inveniuntur, quod editum est inter alia opera a P. Montfaucono ejusque sociis. Sed haud difficile est respondere præter translationem seu μετάφρασιν quam edimus, S. Athanasium etiam illum commentarium, si ita aliquibus placet, composuisse; vel certe, quod ille esset Athanasii, cum ipsius nomen præferret inscriptione deceptum Adrianum papam, ut P. Montfaucono aliisque ejus sociis contigisse videtur, crediderit. Quod sane, ut mihi persuadeam, eo magis inducor quia in eadem epistola alia sunt quæ eorum sanctorum esse, quorum nominibus ascribuntur, nemo certo asserere ac præstare voluerit. Quæ vero in *Chronico Alexandrino* habentur, ut etiam de illo aliquid dicam, integra non exstant in commentario Patrum Benedictinorum, et insuper *Chronicon* illud plura apocrypha et supposititia continet. Demum animadvertendum est, quæ referuntur veluti ex S. Athanasio a S. Germano, et ab Adriano, hujusmodi sunt, ut translationi seu μετάφρασι, parum apta esse videantur, sed commentario potius et fusiori Psalmorum expositioni magis conveniant, ac proinde validum inde argumentum sumi nequit ad quæstionem movendam de auctore nostræ translationis, si in ea non reperiantur quæ translationi minime congruunt; imo potius ab hujusmodi brevibus et compendiosis expositionibus aliena videntur, ideo vel Athanasii non sunt, sed per errorem ei ascripta, vel in commentariis fusiori stylo scriptis, qui temporum forte injuria, ut plura alia deperierunt, quærenda sunt. Quæ quidem recte mea sententia dici possunt de omnibus aliis quæ sub nomine Athanasii leguntur in catenis Patrum editis a Balthazarre Corderio aliisque. Præterea pro commentario nostro seu interpretatione tuenda certe illud silentio prætermittendum non est, quod iis, quæ a S. Germano tanquam ex Athanasii scriptis allegantur, admodum consentanea sunt quæ leguntur in nostra metaphrasi ad psalmum CIII, ubi ad verba illa [17] : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam*, hæc subjicitur interpretatio : « Manifestum quidem est, quod sancti ejus (nempe angeli) spiritus sunt, et virtutes ministrantes ei sunt ignis. » Levis etiam momenti sunt, et nullius fere ponderis, quæ in *Monito*, quod præmittitur commentario Athanasii nomine inscripto, ab iisdem Patribus Benedictinis tanquam ex Theodoreto afferuntur. Primum quia non sunt Theodoreti, ut ipsi innuunt, sed alicujus amanuensis ignoti nominis, et incertæ ætatis, ac proinde nullius auctoritatis : deinde, quia illa omnia, quæ de aliis dicta sunt, de hujus scriptoris fragmento seu testimonio dici possunt : demum ut generatim ac breviter respondeam, et paucis ostendam quam infirmum sit argumentum quod inde a clarissimis Patribus Benedictinis ducitur, ut commentarium de quo agitur S. Athanasio ascribatur, ex eo quod unus vel alter locus veterum scriptorum qui Athanasii scripta laudarunt, in eo inveniatur; exemplo utar commentariorum *in Psalmos*, qui Hieronymi nomen inscriptum habent, in quibus etsi ea quæ S. Augustinus et S. Gregorius VII et ipse Hieronymus ex suis commentariis *in Psalterium* allegat, inveniantur; tamen nunc omnes fere eruditi unanimi consensu conveniunt, non esse illos B. Hieronymo ascribendos, sed alteri scriptori, qui aliquanto post sancti doctoris ætatem scripsit.

XXXIII. At vero alius quispiam fortasse erit qui ad denegandam magno Athanasio nostram metaphrasim, inde sibi non levem conjecturam et argumentum suppetere putabit, quod auctor ejusdem translationis beatam Virginem Θεοτόκον, hoc est, *Deiparam*, nuncupat, cum Joannes Meursius in suo *Glossario* affirmet, « inditum esse hoc nomen Matri Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi a synodo V Constantinopolitana tempore Justiniani. » Enimvero si quis ita sibi persuaderet, longe a veritate aberraret. Quippe multo ante Athanasii ætatem ea voce usos esse veteres Patres, indubitatum est. Quare Socrates (76)

[15] Psal. LXXIX, 2. [15] Galat. IV, 26. [16] Matth. XXV, 12. [17] Vers. 4.

(76) *Hist. eccl.* lib. VII, c. 32.

Digitized by Google

inscitiæ arguit Nestorium, qui hanc vocem Θεοτόκον tanquam novam rejiciebat, quoniam eadem usum fuisse affirmat Origenem et Eusebium Cæsariensem. Profecto eadem vox legitur in Epistola Dionysii Alexandrini, quam *adversus Paulum Samosatenum* scripsit, et in epistola quam *adversus Arii hæresim* Alexander Alexandriæ episcopus, et Athanasii in Alexandrina sede prædecessor ad episcopum Constantinopolitanum, cognominem suum, aliosque episcopos adversus Arium ejusque errores misit; quæ utique, quantum ego censeo, scripta est ab ipso Athanasio, quo defensore, et, ut ita dicam, catholici dogmatis advocato et patrono in Nicæna synodo ipse Alexander usus est; cum enim archidiaconi munus in Ecclesia Alexandrina obtineret, verisimile est etiam scribendarum epistolarum curam ei, qui, teste Ruffino (77), Alexandri episcopi consiliis aderat, demandatam fuisse. Profecto epistolam illam auctorem habere Athanasium, eam attente consideranti, et cum aliis Athanasii operibus conferenti facile persuadebitur. Sed demum hac de re nulla in cujuspiam animo dubitatio insidere potest, si edita S. episcopi opera inspexerit; pluribus enim in locis Mariam Virginem Θεοτόκον nuncupat beatissimus Athanasius; ita in oratione tertia et quarta contra Arianos, in libro *De Incarnatione*, et in libro *contra Apollinarium*.

XXXIV. Si quis vero mihi negotium facessere velit, persuadens sibi commentarium, seu interpretationem, quæ agitur, sequiori ætate scriptam fuisse ex iis quæ adnotata occurrunt in argumentum psalmi VI, et alibi in hunc modum: « Titulus præpositus continet : *In finem in hymnis pro octava Psalmus David.* Hoc autem significat: In sæculorum consummatione sancti rogabunt, ut liberentur a judicio, et digni fiant æternæ mercedis retributione: sexto enim sæculo consummatur mundus: septimo autem orbem terræ judicat Dominus: octavo vero hi abeunt in vitam æternam, et hi in supplicium æternum. Propterea dictus est psalmus : *In finem in hymnis pro octava*, eo quod liberentur sancti in octava; » id a me responsum ferat, tantum abesse, ut hinc aliquid contra ea quæ de auctore commentarii disserui, colligi possit, quin potius ejusdem antiquitas astruatur. Neque enim veteres Patres alia ratione locuti sunt de Sabbato, et de Octava, et de psalmis qui *Pro octava* inscribuntur. Ita quidem S. Barnabas in sua Epistola catholica, § 15, ubi loquitur de Sabbato ejusque sanctificatione; et in notis ad verba ejusdem Epistolæ Cotelerius affert ex codice manuscripto fragmentum Græcum S. Irenæi, cujus verba, cum admodum similia sint iis quæ in nostro commentario leguntur, non alienum erit a re nostra Latine reddita hoc loco afferre. In eo quidem, allatis Scripturæ verbis ex capite secundo Genesis, hæc subduntur: « Hoc autem est et antefactorum narratio et futurorum prophetia. Est enim dies Domini quasi mille anni. In sex igitur diebus consummata sunt quæ facta sunt. Manifestum ergo est quoniam consummatio ipsorum sextus millesimus annus est. Et septima die orbem judicat: et octava, quæ est futurum sæculum, alios quidem tradit in pœnam æternam, alios in vitam. Propter hoc dicti sunt psalmi *Pro octava*. Eadem leguntur in antiqua interpretatione Latina libri quinti *adversus hæreses* ejusdem Irænei (78): in eamdem sententiam verba facit Origenes in libro *contra Celsum* (79); Hippolytus apud Photium (80): auctor *Quæstionum et responsionum* inter opera Justini Martyris (81), et Lactantius libro septimo *Institutionum* (82); quibus addendi sunt ex Latinis S. Hieronymus in epistola ad Cyprianum; S. Augustinus *De civitate Dei* (83), et in *expositione psalmi sexti;* Cassiodorus in libro *Variarum* (84): ex Græcis autem S. Gregorius Nazianzenus in oratione *in sanctum Pentecosten*, quæ est quadragesima quarta inter editas; Eusebius Cæsariensis in commentario *in psalmum* VI; auctor *expositionis in Psalmos* a Patribus Benedictinis S. Athanasio ascriptæ in argumento psalmi sexti; S. Joannes Damascenus in homilia *De transfiguratione Domini*, et *De fide orthodoxa* (85); aliique scriptores tum Græci, tum Latini. Horum autem verbis omissis, ne longior sim quam oportet, solum hoc loco afferam quæ eadem de re scribit S. Jacobus Nisibenus episcopus, qui ætate major quidem Athanasio fuit, sed cum eo, dum adhuc Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus esset, in Nicæna synodo interfuit. Ejus opera, digna quidem quæ in lucem prodeant, non adhuc typis impressa sunt, et a pluribus clarissimis scriptoribus tanquam perdita deplorantur; sed apud me, et alibi fortasse manuscripta exsistunt lingua Armena. Operum autem S. Jacobi ex antiquis scriptoribus, ut id obiter admoneam, meminit Gennadius, qui ideo putat in *Catalogo ecclesiasticorum scriptorum* de illis B. Hieronymum mentionem non fecisse, quia nondum e Syro sermone in aliam linguam versa fuerant. Verba autem Gennadii talia sunt: « Hunc virum B. Hieronymus in libro Χρονικῶν, velut magnarum virtutum hominem nominans, in *Catalogo scriptorum* cur non posuerit, facile excusabitur: si consideremus ipsos tres, vel quatuor Syros, quos

(77) *Hist. eccl.* lib. I, c. 5.
(78) Lib. V, cap. 28, 29.
(79) Lib. II,
(80) *Biblioth.* cod. CCXCII.
(81) Resp. 71.
(82) Cap. 14.
(83) Lib. XX, c. 13; et XXII, c. 30.
(84) Lib. I, ep. 10.
(85) Lib. IV, cap. 23.

Digitized by Google

posuit, interpretatos in Græcum se legisse, testatum; unde constat eum ignorasse illo tempore Syram linguam vel litteras. Et ideo hunc, qui necdum in aliam versus est linguam, nescisse scriptorem. » Ita Gennadius. At vero quo tempore Hieronymus librum *De ecclesiasticis scriptoribus* composuit, optime jam callebat linguam Syriacam. Siquidem eum librum absolvit, ut ipse testatur, anno decimo quarto imperii Theodosii (86), hoc est anno Domini 392 in Bethlehemitico secessu, cum jam esset provectus ætate, annum agens sexagesimum circiter. Itaque tum vel linguam Syrorum didicerat, vel nunquam, quod certe falsum est, didicit. Ad hæc accedit, quod plures annos antequam opus *De ecclesiasticis scriptoribus* absolveret, cum Hebraicæ linguæ notitiam adeptus esset, Chaldæorum quoque ediscendæ operam sedulo dedit. Lingua autem Chaldaica et Syriaca, veluti ejusdem linguæ diversæ dialecti, adeo inter se affines sunt, ut si characterum diversitatem, seu litterarum formam et figuram, quibus in scribendo Chaldæi et Syri utuntur, et nonnullas vocum terminationes, et pauca quædam alia parvi momenti excipias, eædem pene sint, adeo ut qui alteram ex his novit, facile utramque intelligat. Insuper posito etiam quod linguam Syriacam Hieronymus ignoraret, tamen id minime impedimento esse poterat, quominus de operibus S. Jacobi Nisibeni aliquid litteris traderet, quemadmodum de S. Ephrem, ejusque libris Syriace scriptis in laudato *Catalogo illustrium virorum* mentionem fecit in hunc modum. « Multa, inquit, Syro sermone composuit. » Neque enim cum inter Syros degeret, opera S. Jacobi Nisibeni, si lingua Syrorum scripta fuissent, ac proinde ob auctoris celebritatem omnibus vulgo nota essent, ignorare eum potuisse, verisimile est. At vero non solum Hieronymi ætate, sed etiam postea temporis apud Syros et Syriacarum rerum scriptores nulla mentio est de S. Jacobi Nisibeni operibus, quippe quæ ab ipso non Syriaca, sed Armena lingua, qua utebatur S. Gregorius Illuminator, a quo rogatus ea composuit, scripta fuerunt. Itaque vel mendum irrepsit in textum Gennadii, et pro *Syro sermone* legendum est *Armeno*, vel potius, ut reor, et probabilius etiam videtur, memoria lapsus est Gennadius scribens Syriaca lingua, non autem Armena opera S. Jacobi scripta fuisse, aut conjecturam faciens ex patria Jacobi, quæ Syrorum urbs erat, qua lingua scripta fuissent opera, quorum, ut verisimile est, in Massiliensi monasterio vel solam versionem Latinam, vel aliqua excerpta, vel catalogum seu indiculum duntaxat habebat. Locus autem S. Jacobi Nisibeni, qui ad rem, quade agitur, pertinet, in sermone secundo *De dilectione*, ubi verba facit de postrema Jerusalem eversione et captivitate, talis est : « Non videantur tibi difficilia, charissime, quæ scripsi, quod in dimidio diei suæ dimisit Deus Jerusalem, quia ita scribit David in psalmo octogesimo nono : *Mille anni ante oculos Domini tanquam dies hesterna, quæ præteriit*[18]; quam sententiam explicantes doctores nostri sapientes dicunt, quod in similitudine septem dierum positus est hic mundus a Deo, et in consummatione sex mille annorum solvetur mundus hic, et erit Sabbatum Dei in similitudinem dierum Sabbati, quod est post sex dies. » Imo vero hujusmodi persuasio de duratione mundi et Sabbatismo, laudatis supra a me Patribus antiquior est, eamque ex veteri Hebræorum traditione originem sumpsisse crediderim. Siquidem ex iis quæ cap. xxv Levitici præcipiuntur de sabbatizando Sabbato, colligunt veteres rabbini mundum duntaxat per sex millia annorum duraturum, et quod septimus millenarius futurus sit Sabbatum Domini. Mille autem annos numerant pro uno die, quia in psalmo dictum est : *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Et quidem in Sanhedrin ita scriptum habetur : « Sex millibus annorum durabit mundus, et uno millenario desolatus erit. Duobus millibus durabit devastatio ejus (id est inculta hominum vita), et duobus millibus lex, atque duobus millibus dies Messiæ. » Unde duo inferuntur, ut id obiter moneam, contra ipsos Hebræos : nempe jam pridem Messiam venisse, et legem Mosaicam duraturam non fuisse, nisi usque ad adventum ipsius Messiæ. Sed relictis rabbinicis traditionibus reditum faciamus ad Athanasium.

(1) Διαφθείρης. (2) Δωρησάμενόν μοι. (3) Εἰς τήν.

Digitized by Google

22. Exsurge, gloria mea :
23. Exsurge, psalterium et cithara :
24. Exsurgam diluculo.
25. Confitebor tibi in populis, Domine.
26. Et psalmum dicam tibi in gentibus.
27. Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua :
28. Et usque ad nubes veritas tua.
29. Exaltare super cœlos, Deus :
30. Et super omnem terram gloria tua.

A

22. (*a*) Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου·
23. Ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα.
24. Ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου.
25. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε·
26. Ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν.
27. Ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου·
28. Καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου.
29. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός·
30. Καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.

In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem.
PSAL. LVII.

1. Si vere utique justitiam loquimini :
2. Recta judicate filii hominum.
3. Etenim in corde iniquitates operamini in terra :
4. Injustitiam manus vestræ concinnant.
5. Alienati sunt peccatores a vulva :

B

Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν. ΨΑΛ. *ΝΖ'.*

1. Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε,
2. Εὐθείας κρίνατε, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.
3. Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίαν ἐργάζεσθε ἐν τῇ γῇ·
4. Ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσιν.
5. Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας·

(*a*) Vers. 22, Ἄσομαι, καὶ ψαλῶ σοι· deest ἐν τῇ δόξῃ μου. Vers. 23, Ἐξεγέρθητι, etc.

ATHANASII INTERPRETATIO.

22. Gratia tua.
23. Spiritus sanctus tuus.
24. In luce tua.
25. Glorificabo te, dicit.
26. Cum crucifixus es pro universo mundo.
27. Quoniam glorificata est a terra usque ad cœlos passio tua.
28. Et fides tua in sanctos.
29. Ascende in cœlos :
30. Et in omni terra passio tua glorificabitur.

C

22. Ἡ χάρις σου.
23. Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον.
24. Ἐν τῷ φωτί σου.
25. Δοξάσω σε, λέγει.
26. Ὅταν (1) σταυρωθεὶς [σταυρωθῇς] ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου.
27. Ὅτι ἐδοξάσθη ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ πάθος σου.
28. Καὶ ἡ πίστις (2) σου εἰς τοὺς ἁγίους.
29. Ἀναλήφθητι εἰς τοὺς οὐρανούς (3).
30. Καὶ ἐν τῇ γῇ πάσῃ τὸ πάθος σου δοξασθήσεται

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (4)· *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν.* Τοῦτο οὖν λέγει· ἕως τέλους μὴ διαφθείρῃς κατὰ (5) Θεόν σου πολιτείαν· ὡς γὰρ πολλάκις εἰρήκαμεν, ἡ στηλογραφία εἰς τὴν πολιτείαν θεωρεῖται.

Titulus præpositus continet : *In finem, ne corrumpas, David in tituli inscriptionem.* Hoc igitur significat usque in finem, ne corrumpas secundum Deum conversationem tuam : ut enim sæpe diximus tituli inscriptio allegorice explicatur de conversatione seu vitæ institutione.

1. Si revera estis Christiani :
2. Justa et digna de vos ipsis consulite.
3. Etenim in hominibus extrinsecus justi apparetis; intus vero omuem errorem colitis.
4. Et corda vestra adinventiones quasdam componunt.
5. Tales abalienati sunt a meo lavacro.

D

1. Εἰ κατὰ ἀλήθειαν Χριστιανοί ἐστε,
2. Δίκαια καὶ ἄξια βουλεύεσθε περὶ ἑαυτοῦ (6) [ἑαυτῶν].
3. Καὶ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις φαίνεσθε δίκαιοι ἔξωθεν· ἔσωθεν δὲ νέμετε (7) πάσης πλάνης.
4. Καὶ αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐξερευνήσεις τινὰς συντιθεῖσιν (8).
5. Οἱ τοιοῦτοι ἀπηλλοτριώθησαν ἀπ' ἐμοῦ τῆς (9) κολυμβήθρας.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ὁ γάρ.
(2) Τὴν πίστιν, at melius ἡ πίστις... ἁγίους σοῦ.
(3) Οὐρανούς, ὁ Θεός.
(4) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαβίδ*, etc.
(5) Τὴν κατά, etc.
(6) Ἐμοῦ.
(7) Γέμετε.
(8) Συντίθουσιν.
(9) Ἀπὸ τῆς, etc.

Digitized by Google

6. Ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρὸς, ἐλάλησαν ψευδῆ. A
7. Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως,
8. Ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς·
9. Ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντων, φαρμακοῦ τε,
10. (a) Φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ.
11. Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν·
12. Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ Κύριος.
13. Ἐξουδενωθήσονται ὡσεὶ ὕδωρ διαπορευόμενον·
14. Ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν.
15. Ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς, ἀνταναιρεθήσονται·
16. Ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον.
17. Πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὴν ῥάμνον·
18. Ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται αὐτούς (b). B
19. Εὐφρανθήσεται δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν·
20. Τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ.
21. Καὶ ἐρεῖ ἄνθρωπος· Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ·
22. Ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ.

6. Erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.
7. Furor illis secundum similitudinem serpentis :
8. Sicut aspidis surdæ, et obturantis aures suas :
9. Quæ non exaudiet vocem incantantium, et venefici,
10. Quæ incantatur a sapiente.
11. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum :
12. Molas leonum confregit Dominus.
13. Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens.
14. Intendet arcum suum, donec infirmentur.
15. Sicut cera quæ fluit, auferentur :
16. Cecidit ignis super eos, et non viderunt solem.
17. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum :
18. Sicut viventes, sicut in ira absorbet eos.
19. Lætabitur justus cum viderit vindictam :
20. Manus suas lavabit in sanguine peccatoris.
21. Et dicet homo : Si utique est fructus justo :
22. Utique est Deus judicans eos in terra.

(a) Vers. 10, Φαρμακοῦ τε, etc., σοφοῦ.
(b) In marg. cod. ὑμᾶς.

ATHANASII INTERPRETATIO.

6. Πλάνην γὰρ (1) ἔλαβον ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος. C
7. Ἡ διδαχὴ αὐτῶν θανατηφόρος, ὡς ὁ υἱὸς τοῦ ὄφεως.
8. Ἀπὸ τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέφουσιν.
9. Οὕτως οὐδὲ οὗτοι ἀκούουσι τῶν διδασκόντων αὐτοὺς τὴν ἀλήθειαν.
10. Οἱ διδάσκαλοι αὐτῶν τῇ σοφίᾳ τοῦ κόσμου τούτου ἀπατῶσιν αὐτούς.
11. Τὰς διδασκαλίας αὐτῶν.
12. Τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν.
13. Ἡ ἡμέρα (2) τῆς κρίσεως ἀποῤῥίψει αὐτούς.
14. Ἐνισχύσει τὸν λόγον τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ ἕως τῆς συντελείας.
15. Ὡς ὁ κηρὸς (3) ἐν τῷ πυρὶ ἀναλίσκεται, οὕτως ἔσται ἡ ἀπώλεια αὐτῶν·
16. Κατεκυρίευσεν αὐτῶν ὁ Σατανᾶς, καὶ οὐκ ἔγνωσαν τὸν Κύριον.
17, 18. Πρὸ τοῦ τὰς ἀνομίας ὑμῶν κεκολλῆσθαι τῷ διαβόλῳ, ὡς ἔτι ἐστὲ ζῶντες, ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ κατέπιεν ὑμᾶς διὰ τὴν πλάνην τῆς αἱρέσεως ὑμῶν.
19. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνταποδόσεως.
20. Ἀθῶον ἑαυτὸν δείξει (4) ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.
21. Καὶ ἐρεῖ ἕκαστος· Ὄντως ἐστὶν μισθαποδοσία τῷ δικαίῳ.
22. Ὄντως ἐστὶν ὁ ποιῶν αὐτῶν τὴν ἐκδίκησιν.

6. A baptismo enim errorem amplexi sunt.
7. Doctrina eorum mortifera, ut filius serpentis.
8. Avertunt auditum a veritate.
9. Ita neque isti audiunt docentes eos veritatem.
10. Magistri eorum sapientia hujus mundi decipiunt eos.
11. Ipsorum doctrinas.
12. Duces eorum.
13. Dies judicii projiciet eos.
14. Corroborabit sermonem prædicationis suæ usque ad consummationem.
15. Ut cera igne consumitur, sic erit perditio eorum.
16. Dominatus est eis Satanas, et non cognoverunt Dominum.
17, 18. Priusquam vestræ iniquitates adhæreant diabolo, ut adhuc viventes estis, in ira sua devorabit vos propter errorem hæresis vestræ.
19. In tempore retributionis.
20. Purum se ipsum ostendet a peccato.
21. Et dicet unusquisque : Vere est justo retributio.
22. Profecto est faciens eorum vindictam.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Πλάνην, ἣν παρέλαβον.
(2) Τῇ ἡμέρᾳ... ἀποῤῥίψεις.
(3) Ὡσεὶ κηρός, etc.
(4) Ἀποδείξει.

Digitized by Google

In finem, ne disperdas, David, in tituli inscriptionem, cum misit Saul, et custodivit domum ejus, ut eum interficeret. PSAL. LVIII.

A *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ, εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν ΨΑΛ. ΝΗ'.*

1. Eripe me de inimicis meis, Deus :
2. Et ab insurgentibus in me libera me.
3. Eripe me de operantibus iniquitatem :
4. Et de viris sanguinum salva me.
5. Quia ecce ceperunt animam meam .
6. Irruerunt in me fortes.
7. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine :
8. Sine iniquitate cucurri, et direxi.
9. Exsurge in occursum meum, et vide :
10. Et tu, Domine Deus virtutum, Deus Israel,
11. Intende ad visitandas omnes gentes :
12. Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

1. Ἐξέλου με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός·
2. Καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαί με.
3. Ῥῦσαί με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν·
4. Καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με.
5. Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου
6. Ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί.
7. Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, Κύριε·
8. Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον, καὶ κατεύθυνα.
9. Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε·
10. Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ Θεὸς
B τοῦ Ἰσραὴλ,
11. Πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη·
12. Μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.

ATHANASII INTERPRETATIO.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (1)· *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν.* Τοῦτο οὖν λέγει· εἰς ἀρετήν τινα τοῦ Κυρίου, ἥτις ἐστὶ στηλογραφία, *μὴ διαφθείρῃς* ἕως *τέλους.* Εἶτα· *Ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξεν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτὸν*, τουτέστιν, οὕτως καὶ ὁ διάβολος ἀποστέλλει ἐπιτηρῆσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι. Μὴ διαφθείρῃς οὖν ἕως τέλους [τινά] τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ λέγε τὸν ὑποτεταγμένον ψαλμόν. Πολλάκις γὰρ εἴπαμεν τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ὀνόματος καὶ *τοῦ Σαοὺλ*, καὶ *τοῦ Δαβὶδ*, ὁτὲ μὲν εἰς τὸν Κύριον καὶ εἰς τοὺς αὐτοῦ ἑρμηνεύεται, ὁτὲ δὲ εἰς τὸν διάβολον.

Titulus præpositus continet : *In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem.* Hoc igitur dicit : *ne* in aliquam Domini virtutem, quæ est tituli inscriptio, *disperdas* (hoc est, ne pecces) usque *in finem.* Deinde : *Cum misit Saul, et custodivit domum ejus, ut interficeret eum*, hoc est, ita etiam diabolus mittit custodire domum ejus, ut interficiat. Ne disperdas igitur usque in finem aliquod mandatorum Domini, sed dic subjectum hic psalmum. Sæpe enim diximus interpretationem nominis *et Saul et David* nunc accipi de Domino, et de iis qui Domini sunt, nunc vero de diabolo.

1, 2. De cogitationibus in corde meo.
3. A voluptatibus militantibus in membris meis.
4. De contrariis potestatibus.
5. Quoniam ecce constringunt animam meam.
6. Dæmones.
7. Neque iniquitas mea dulcis mihi est, neque peccatum meum, Domine.
8. Odio habens iniquitatem cucurri in mandatis tuis, et direxi in corde meo.
9. Veni in auxilium meum.
10, 11. Tu ipse, Domine, veni, et per adventum tuum sana omnes gentes.
12. Contrariis potestatibus.

C 1, 2. Τῶν ἐν (2) καρδίᾳ μου λογισμῶν.
3. Τῶν ἡδονῶν τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς βέλεσί μου (3).
4. Τῶν ἐναντίων δυνάμεων.
5. Ὅτι ἰδοὺ συνέχουσι τὴν ψυχήν μου.
6. Οἱ δαίμονες.
7. Οὔτε ἡ ἀνομία μου ἡδέα [ἡδεῖα] μοί ἐστιν, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, Κύριε.
8. Μισήτας (4) τὴν ἀνομίαν, ἔδραμον ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, καὶ κατεύθυνα ἐν τῇ καρδίᾳ μου.
9. Ἐλθὲ εἰς τὴν ἀντίληψίν μου.
10, 11. Σὺ αὐτὸς, Κύριε, ἐλθὲ, καὶ διὰ τῆς σῆς παρουσίας ἴασαι πάντα τὰ ἔθνη.
12. (*a*) Τὰς ἐναντίας δυνάμεις.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαβὶδ, μὴ διαφθείρῃς εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. Τοῦτο οὖν λέγει εἰς ἀρετήν τινα Κυρίου, ἥτις ἐστὶ στηλογραφία, μὴ διαφθείρῃς ἕως τέλους. Εἶτα· Ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτὸν, τουτέστιν,
D οὕτως καὶ ὁ διάβολος ἀποστέλλει ἐπιτηρῆσαι τὸν πιστὸν, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. Μὴ διαφθείρῃς οὖν ἕως τέλους τῶν ἐντολῶν, etc.
(2) Ἐν τῇ.
(3) Μέλεσί μου.
(4) Ἐμίσησα.... εἰς τὰς ἐντολάς σου, καὶ κατηύθηνα.

(*a*) *N.* 12 *deest.*

Digitized by Google

Διάψαλμα (*a*).

13. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν.

14. Ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν

15. (*b*) Καὶ ῥομφαῖα ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν·

16. Ὅτι τίς ἤκουσε; Καὶ σὺ, Κύριε, ἐκγελάσεις αὐτούς·

17. Ἐξουδενώσεις πάντα τὰ ἔθνη.

18. Τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω·

19. Ὅτι σὺ, ὁ Θεὸς, ἀντιλήπτωρ μου εἶ.

20. Ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με·

21. Ὁ Θεός μου δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου.

22. Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτοὺς, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου.

23. Διασκόρπισον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου·

24. Καὶ κατάγαγε αὐτοὺς, ὁ ὑπερασπιστής μου Κύριε.

25. Ἁμαρτία στόματος αὐτῶν λόγος χειλέων αὐτῶν·

26. Καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν.

27. Καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται ἐν συντελείᾳ,

28. Ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι.

29. Καὶ γνώσονται, ὅτι ὁ Θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς.

Diapsalma.

13. Convertentur ad vesperam, famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem.

14. Ecce ipsi loquentur in ore suo:

15. Et gladius in labiis eorum:

16. Quoniam quis audivit? Et tu, Domine, deridebis eos:

17. Ad nihilum deduces omnes gentes.

18. Fortitudinem meam ad te custodiam:

19. Quia tu, Deus, susceptor meus es.

20. Deus meus, misericordia tua prævenit me:

21. Deus meus ostendet mihi super inimicos meos.

22. Ne occidas eos, ne quando obliviscantur legis tuæ.

23. Disperge illos in virtute tua:

24. Et depone eos, protector meus Domine.

25. Delictum oris eorum, sermo labiorum ipsorum:

26. Et comprehendantur in superbia sua:

27. Et de exsecratione, et mendacio annuntiabuntur in consummatione,

28. In ira consummationis, et non erunt.

29. Et scient, quia Deus dominatur Jacob, et finium terræ.

(*a*) Cod. Palat.

(*b*) Vers. 15. Καὶ ῥομφαῖα, etc., ἤκουσε. Vers. 16, Καὶ σὺ, etc., αὐτούς.

ATHANASII INTERPRETATIO.

13. Ἔρχονται ἐν σκότει κυκλοῦντες τὴν ψυχὴν, καὶ κατεσθίειν ζητοῦσιν ὡς κύνες.

14. Ἰδοὺ αὐτοὶ οὗτοι πειθανότητάς τινας λαλοῦσι (1).

15. Καὶ ἀναιροῦσιν ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν τοὺς ἀκούοντας αὐτῶν.

16. Καὶ σὺ, Κύριε, ἀπελάσεις αὐτούς.

17. Τὰ ἔθνη αὐτὰ ταῦτα.

18. Τὴν βοήθειάν μου παρὰ σοῦ αἰτήσω.

19. Ὅτι σὺ ὑπάρχεις Θεός μου.

20. Ὁ ἔφορός μου (2), τὸ ἔλεος αὐτοῦ σκεπάσει με.

21. Τοῖς δαίμοσι (3).

22. Μὴ παντελῶς ποιήσῃς αὐτοὺς μὴ εἶναι, μήποτε ὡς μὴ ὑπάρχοντες οὐκ ἔτι μνημονεύσουσι τῶν κολάσεων, ὧν ἐπάγεις αὐτοῖς.

23. Ἀλλὰ διασκόρπισον αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

24. Καὶ εἰς τάρταρα τῆς γῆς κατάγαγε αὐτούς.

25. Διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ τοὺς λόγους (4) οὓς ἐλάλησαν κατὰ σοῦ.

26. Καὶ καταδικασθῶσιν ἐν τῇ ἀνταρσίᾳ αὐτῶν.

27. Καὶ τῆς ἐκκοπῆς (5), καὶ τοῦ ψεύδους, οὗ ἐλάλησαν, καὶ ἐδίδαξαν ἐν τῷ κόσμῳ.

28. Καὶ ἐν τῇ ὀργῇ τῆς συντελείας οὐ μὴ ὑπάρξωσιν.

29. Καὶ τότε γνώσονται, ὅτι τῷ Θεῷ δουλεύουσι πᾶσαι φυλαὶ γλῶσσαι (6).

13. Veniunt in tenebris circumdantes animam, et devorare quærunt ut canes.

14. Ecce hi ipsi plausibilia quædam loquuntur.

15. Et occidunt in sermonibus suis audientes eos.

16. Et tu, Domine, dejicies eos.

17. Gentes hujusmodi.

18. Auxilium meum a te postulabo.

19. Quoniam tu es Deus meus.

20. Prospector meus, misericordia tua proteget me.

21. Dæmonibus.

22. Ne facias eos prorsus non exsistere, nequando utpote non exsistentes non recordentur amplius suppliciorum quæ ipsis infers.

23. Sed disperge illos in ignem æternum.

24. Et in tartara terræ deduc eos.

25. Propter peccata oris ipsorum, et sermones quos locuti sunt adversus te.

26. Et condemnentur in rebellione sua.

27. Et de effrenatione oris, et mendacio quod locuti sunt, et docuerunt in mundo.

28. Et in ira consummationis non subsistent.

29. Et tunc cognoscent, quod Deo servient omnes tribus et linguæ.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Λαλήσουσι.

(2) Αὐτοῦ. *sed melius* μου. *Paulo post* προφθάσει με.

(3) Δαίμοσι λέγει.

(4) Λόγους αὐτῶν, etc.

(5) Ἐκκοπῆς τοῦ ψεύδους.

(6) Ὅτι Ἰησοῦ τῷ Θεῷ.... αἱ φυλαὶ καὶ γλῶσσαι.

Digitized by Google

30. Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canis,
31. Et circuibunt civitatem.
32. Ipsi dispergentur ad manducandum :
33. Si vero non fuerint saturati et murmurabunt.
34. Ego autem cantabo fortitudinem tuam.
35. Et exsultabo mane misericordiam tuam.
36. Quia factus es susceptor meus,
37. Et refugium meum in die tribulationis meæ.
38. Adjutor meus es, tibi psallam :
39. Quia tu, Deus, susceptor meus es :
40. Deus meus misericordia mea.

A 30. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων,
31. Καὶ κυκλώσουσι πόλιν.
32. Αὐτοὶ διασκορπισθήσονται τοῦ φαγεῖν·
33. Ἐὰν δὲ μὴ χορτασθῶσι, καὶ γογγύσουσι [γογγύσωσιν].
34. Ἐγὼ δὲ ᾄσομαι τῇ δυνάμει σου [τὴν δύναμίν σου]
35. Καὶ ἀγαλλιάσομαι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου.
36. (*a*) Ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ μου,
37. Καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου.
38. Βοηθός μου εἶ, σοὶ ψαλῶ·
39. Ὅτι σὺ ὁ Θεὸς ἀντιλήπτωρ μου εἶ·
40. Ὁ Θεός μου τὸ ἔλεός μου.

In finem, pro his qui immutabuntur, in tituli inscriptionem David in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ, et Syriam Sobal : et convertit Joab ; et percussit Edom in valle Salinarum, duodecim millia. PSALMUS LIX.

B *Εἰς τὸ τέλος, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις εἰς στηλογραφίαν τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχὴν, ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σοβάλ· καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωὰβ καὶ ἐπάταξε τὸν Ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι τῶν Ἁλῶν, δώδεκα χιλιάδας. ΨΑΛΜΟΣ ΝΘ'.*

1. Deus, repulisti nos, et destruxisti nos :

1. Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς·

(*a*) Vers. 36, 37, sub unico numero.

ATHANASII INTERPRETATIO.

30. Adducentur in consummatione latrantes ut canis.
31. Extra Hierusalem.
32. Ipsi projicientur.
33. Cibo æterno.
34. Murmurabunt quidem dæmones, ego autem laudabo potentiam tuam quoniam illos superasti.
35. Et propter misericordiam tuam exsultabo in æterna luce.
36, 39. In te ipse mea recipis.
40. Deus meus, cujus misericordia reficior.

C 30 (1) Ἀχθήσονται ἐν τῇ συντελείᾳ ὑλακτοῦντες ὡς κύων.
31. Ἔξω τῆς Ἱερουσαλήμ.
32. Αὐτοὶ ἀπορριφήσονται.
33. Τῆς αἰωνίου τροφῆς.
34. Γογγύσουσι μὲν οἱ δαίμονες, ἐγὼ δὲ ἀνυμνήσω τὴν δύναμίν σου, ὅτι τούτων περιεγένου.
35. Καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐν τῷ ἀϊδίῳ φωτὶ διὰ τὸ ἔλεός σου.
36-39. (2) Εἰς σεαυτὸν ἀναδέχῃ τὰ κατ' ἐμέ.
40. Ὁ Θεός μου, οὗ (3) εὐσπλαγχνος [εὐσπλαγχνίᾳ] καταρτίζομαι.

Ἡ προκειμένη (4) ἐπιγραφὴ περιέχει· *Εἰς τὸ τέλος, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις εἰς στηλογραφίαν τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχὴν, ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας καὶ τὴν Συρίαν Σωβάλ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωάβ, καὶ ἐπάταξε τὸν Ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι τῶν Ἁλῶν, δώδεκα χιλιάδας.* Τοῦτο οὖν ἐστιν ὃ λέ-

Titulus præpositus continet : *In finem, pro iis qui immutabuntur in tituli inscriptionem, David in doctrinam : cum succendit Mesopotamiam Syriæ, et Syriam Sobal, et convertit Joab, et percussit Edom in valle Salinarum, duodecim millia.* Hoc igitur est quod significat, quod in fine qui immutantur ; hoc est qui trans-

1. Deus, projecisti nos a dono auoptionis, qua honorasti nos a principio.

D 1. Ὁ Θεὸς, (5) ἀπέῤῥιψας ἡμᾶς τοῦ χαρίσματος τῆς υἱοθεσίας, ἧς ἐτίμησας ἡμᾶς ἐξ ἀρχῆς.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) *N.* 30. Ἀχθήσονται... ὑλακτοῦντες ὡς κύων ἔξω τῆς Ἱερουσαλήμ. *N.* 32, 33, *sub unico numero.* *N.* 33. Ἐὰν δὲ ἀπορριφῶσιν, ὀλολύξωσι. *N.* 34. Γογγύσουσι μὲν οἱ δαίμονες. *Hæc verba in cod. desunt, reliqua habentur :* Ἐγώ, etc.

(2) N. 36, 37. Ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ μου, καὶ καταφυγή μου ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. N. 38. Ὁ Θεὸς ἀπαύστως. N. 39. Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς, εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχῃ, etc.

(3) Δι' οὗ εὐσπλάγχνως.

(4) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει, etc., τὴν Μεσοποταμίαν Συρίαν, etc., καὶ ἐπάταξε τὴν φάραγγα τῶν, etc., φημὶ δὴ εἰς τὴν διδαχήν, etc., καὶ, λοιπὸν τὴν ἔπαρσιν τοῦ μετεωρισμοῦ, ὡς ἂν ᾖ, etc., τουτέστι τὸν θάνατον, καὶ ἐπάταξε τὸ χάσμα τῶν δύο, τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, δώδεκα χιλιάδας. Εἶπε δὲ τὸ πᾶν τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. Συρία ἑρμηνεύεται *μετεωρισμός*. Μεσοποταμία ἑρμηνεύεται *ἐπαιρομένη κλήσει τινί*. Σωβὰλ ἑρμηνεύεται *ματαία παλαίωσις*. Ἁλῶν ἑρμηνεύεται *δίς*.

(5) Ὁ Θεός *et reliqua usque ad* τῆς υἱοθεσίας *desunt in cod.*

Digitized by Google

2. Ὠργίσθης, καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς.
3. Συνέσεισας τὴν γῆν, καὶ συνετάραξας αὐτήν·
4. Ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, ὅτι ἐσαλεύθη.
5. Ἔδειξας τῷ λαῷ σου σκληρά.
6. Ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως.
7. Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν, (*a*) τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου.
8. Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου.
9. Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου.
10. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ·
11. Ἀγαλλιάσομαι, καὶ διαμεριῶ Σίκιμα·
12. Καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω.
13. Ἐμός ἐστι Γαλαάδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς·

A

2. Iratus es, et misertus es nobis.
3. Commovisti terram, et conturbasti eam.
4. Sana contritiones ejus, quia commota est.
5. Ostendisti populo tuo dura:
6. Potasti nos vino compunctionis.
7. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus.
8. Ut liberentur dilecti tui:
9. Salvum fac dextera tua, et exaudi me.
10. Deus locutus est in sancto suo:
11. Lætabor, et partibor Sichimam:
12. Et convallem tabernaculorum metibor.
13. Meus est Galaad, et meus est Manasses:

(*a*) Vers. 8, Τοῦ... Υ. 9, Ὅπως.

ATHANASII INTERPRETATIO.

γει, ὅτι ἐπὶ τέλει οἱ ἀλλοιούμενοι, τουτέστιν οἱ μεταβαλλόμενοι ἀπὸ τοῦ κακοῦ εἰς τὸ ἀγαθὸν, εἰς στηλογραφίαν ἔρχονται, λέγω δὴ εἰς τὴν ἐνάρετον πολιτείαν· εἶτα· *Τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχὴν*, φημὶ καὶ εἰς διδαχὴν *τοῦ Ἰκαροῦ τῇ χειρὶ*, ὅπερ εἰς τὸν Κύριον ἀναφέρεται· καὶ λοιπὸν *ἐνεπύρισε* τὴν ἔπαρσιν τοῦ μετεωρισμοῦ ὡσανεὶ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸν μετεωρισμὸν τῆς ἁμαρτίας καὶ παλαιώσεως, τουτέστι τὸν θάνατον· *δώδεκα γὰρ χιλιάδες* [χιλιάδας] εἶπε διὰ τὸ πᾶν τῆς ἁμαρτίας τοῦ θανάτου.

feruntur a malo in bonum, veniunt in tituli inscriptionem, dico autem ad bonam vitæ institutionem. Deinde: *David in doctrinam*, et in doctrinam, inquam, *manu fortis*; quod ad Dominum refertur. Et demum: *Succendit* elevationem sublimitatis; nempe peccatum, et sublimitatem peccati et vetustatis: hoc est mortem: *Duodecim enim millia* dixit, propter omne genus peccati mortalis.

2. Οὐκ εἰς τέλος ἀπεστράφης, οὐδὲ ἐπελάθου ἡμῶν.
3. Οἱ ἐξ ἐθνῶν (1) ἀκούσαντες διὰ τοῦ κηρύγματος, ὅτι ἔστησας ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλεις κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ.
4. Ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, ὅτι ὑπήκουσέ σοι.
5. Πάντα τὰ προστάγματά σου.
6. Τὴν χάριν σου εἰς ἐπιστροφήν
7. Τοῖς (2) πιστοῖς γνῶσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.
8. Ἀπ' αὐτῆς (3) τῆς ἁμαρτίας.
9. Ἐπάκουσόν μου, καὶ σῶσον ἐν τῷ Υἱῷ σου.
10. Ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ.
11. *Σίκιμα* ἑρμηνεύεται *ἀναβαίνουσα*. Τὴν οὖν ἀναβαίνουσαν ψυχὴν πρὸς μὲ, ἢ αὐτὴν (4) τὴν Ἐκκλησίαν ἀποχωρίσω ἀπὸ τοῦ κόσμου ἐμαυτῷ.
12. Καὶ ἐν τῇ ψυχῇ τῶν (5) ταπεινῶν ἐμπεριπατήσω.
13. *Γαλαὰδ* ἑρμηνεύεται *κατοικία μαρτυρίου* (6). *Μανασσῆς* ἑρμηνεύεται *ἐπιλανθανόμενος*. Τοῦτο οὖν λέγει· *Ἐμός ἐστι Γαλαὰδ*, ὁ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μέτοικος γινόμενος πρὸς ἐμὲ ἐν μαρτυρίᾳ (7)· καὶ *ἐμός ἐστι Μανασσῆς*, ὁ ἐπιλανθανόμενος τῶν προτέρων αὐτοῦ πονηρῶν πράξεων.

B

C

2. Non in finem aversatus es, neque oblitus es nostri.
3. Qui ex gentibus sunt audientes per prædicationem, quod statuisti diem, in quo judicaturus es orbem in justitia.
4. Sana contritiones ejus, quoniam obedivit tibi.
5. Omnia mandata tua.
6. Gratia tua ad conversionem.
7. Fidelibus cognitionem, ut fugiant a peccato.
8. Ab ipso peccato.
9. Exaudi me, et salva in Filio tuo
10. Pater in Filio.
11. *Sichima* interpretatur *ascendens*. Ascendentem igitur animam ad me, seu ipsam Ecclesiam separabo mihi a mundo.
12. Et in anima humilium inambulabo.
13. *Galaad* interpretatur *inhabitatio testimonii*. *Manasses* interpretatur *oblitus*. Hoc igitur significat, *Meus est Galaad*: qui a peccato transmigraverit ad me in testimonio: et, *meus est Manasses*, qui oblitus est pristinarum suarum malarum actionum.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Οἱ ἐξ ἐθνῶν *desunt*.
(2) Ἔδωκας τοῖς, etc.
(3) Τοῦ φυγεῖν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. N. 9. Ἀπὸ αὐτῆς.
(4) Πρὸς μὲν τὴν αὐτήν, etc.
(5) Καὶ τὴν ψυχὴν τῶν, etc.
(6) Μετοικία μαρτυρίας.
(7) Εἰς μαρτυρίαν.

Digitized by Google

14. Et Ephraim fortitudo capitis mei.
15. Juda rex meus:
16. Moab olla spei meæ.
17. In Idumæam extendam calceamentum meum:
18. Mihi alienigenæ subditi sunt.
19. Quis deducet me in civitatem munitam?
20. Aut quis deducet me usque in Idumæam?
21. Nonne tu, Deus, qui repulisti nos?
22. Et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris?
23. Da nobis auxilium de tribulatione:
24. Et vana salus hominis.
25. In Deo faciemus virtutem:
26. Et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

In finem, in hymnis David. PSALMUS LX.

1. Exaudi, Deus, deprecationem meam:

A 14. Καὶ Ἐφραΐμ κραταίωσις τῆς κεφαλῆς μου.
15. Ἰούδας βασιλεύς μου·
16. Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.
17. Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου·
18. Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.
19. Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς;
20. Ἢ τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας;
21. Οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς;
22. Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ, ὁ Θεὸς, ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν;
23. Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως·
24. Καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου.
25. Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν·
26. Καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς

Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις τῷ Δαβίδ. ΨΑΛ. Ξ'.

B 1. Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς δεήσεώς μου·

ATHANASII INTERPRETATIO.

14. *Ephraim* interpretatur *consolator*, consolator autem est Spiritus sanctus. Fortitudo igitur mentis meæ est Spiritus sanctus: caput enim sæpe significat nobiliorem mentis partem.

15. *Judas*: notum autem, quod ex Juda Dominus ortus est.

16. *Ex Ruth Moabitide* genus ducit sancta Maria; ideo propter virginitatem *Moab* hic nominatur. Virgo igitur olla Domini facta est, quia et in utero suo concepit Dominum super naturam, non secundum naturam.

17. *Idumæa* regio erat Esau. *Esau* autem interpretatur *hirsutus*, quales erant gentes propter asperitatem cordis eorum: ad has igitur, inquit, transitum meum faciam.

18. Auscultaverunt autem et crediderunt prædicationi meæ.

19. In cœlestem civitatem quis me deducet, nisi tu ejus conditor?

20. Aut quis deducet me in tabernaculum tuum æternum?

21, 22. Nisi tu, Deus, qui projecisti nos.

23. Reduc nos a peccato in tuam cognitionem.

24. Omnis salus humana inanis.

25. Dei cruce armabimur.

26. Et ipsa crux abiget immundos dæmones.

14. *Ἐφραΐμ* ἑρμηνεύεται *παράκλητος*· ὁ δὲ παράκλητος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι. Κραταίωσις οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (1) τῆς διανοίας μου· ἡ κεφαλὴ γὰρ πολλάκις εἰς τὸ ἡγεμονικὸν τῆς διανοίας θεωρεῖται.

15. *Ἰούδας* (2)· δῆλον γὰρ, ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος.

16. *Ἐκ τῆς Ῥοὺθ τῆς Μωαβίτιδος* κατάγεται ἡ ἁγία Μαρία (3)· ὡς οὖν διὰ τὴν παρθένον *Μωὰβ* καλεῖται. Ἡ Παρθένος οὖν λέβης τοῦ Κυρίου γεγένηται, διὰ τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς συλληφθείσης καὶ τὸν Κύριον ὑπὲρ φύσεως, καὶ κατὰ φύσιν.

C 17. Χώρα (4) ἦν τοῦ Ἡσαῦ ἡ *Ἰδουμαία*. *Ἡσαῦ* δὲ ἑρμηνεύεται *τριχώδης*, ὅπερ ἦσαν τὰ ἔθνη διὰ τὴν τραχύτητα τῆς καρδίας αὐτῶν. Ἐπὶ τούτους οὖν, λέγει, τὴν πορείαν μου ποιήσομαι.

18. Ὑπήκουσαν δὲ (5) ἐπίστευσαν τῷ κηρύγματί μου.

19. Εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν τίς ἀπάξει με (6), εἰ μὴ σὺ ὁ δημιουργὸς αὐτῆς;

20. Ἢ τίς ὁδηγήσει με εἰς τὴν σκηνήν σου τὴν ἀτελεύτητον;

21, 22. (7) Εἰ μὴ σὺ, ὁ Θεὸς, ὁ ἀποῤῥίψας ἡμᾶς

23. Ἀνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῆς ἁμαρτίας εἰς τὴν ἐπίγνωσίν σου.

24. Πᾶσα σωτηρία ἀνθρωπίνη ματαία.

25. Ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Θεοῦ ὁπλισόμεθα.

D 26. Καὶ αὐτὸς ὁ σταυρὸς ἀπελάσει τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (8)· *Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις τῷ Δαβίδ.* Τοῦτο οὖν ἐστιν, ὃ λέγει·

Titulus præpositus continet: *In finem, in hymnis David.* Hoc igitur est quod significat: in fine in hym-

1. Accepta fiat coram te deprecatio mea.

1. Δεκτὴ γένηται ἐνώπιόν σου ἡ δέησίς μου.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, *desunt.*
(2) Ἰούδας *deest*, δῆλον.... Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς, ὁ πρὸ αἰώνων βασιλεύς.
(3) *Μαρία.* Ὡς οὖν διὰ τὴν Ῥοὺθ τὴν Μωαβίτιδα, καὶ τὴν Μαρίαν τὴν παρθένον Μωὰβ καλεῖ. Ἡ παρθένος οὖν λέβης, etc., συλληφθῆναι τὸν Κύριον ὑπὲρ φύσιν, etc.
(4) Χώρα μὲν ἦν, etc., τριχῶδες, etc., ἐπὶ ταῦτα, etc.
(5) Καί.
(6) Πολιτείαν τίς ἀπάξει με.
(7) N. 21. Εἰ μή, etc. N. 22. Καὶ οὐκ ἐξελεύσει ὁ Θεὸς, ὡς εἷς τῶν βασιλέων, ἢ τῶν ἀρχόντων ἡμῶν.
(8) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περ.

Digitized by Google

2. Πρόσχες τῇ προσευχῇ μου.
3. Ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα, ἐν τῷ (a) ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου·
4. Ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με.
5. Ὡδήγησάς με, ὅτι ἐγενήθης ἐλπίς μου,
6. Πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ.

Διάψαλμα (b).

7. Παροικήσω ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας.
8. Σκεπασθήσομαι ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου.
9. Ὅτι σὺ, ὁ Θεὸς, εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου·
10. Ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου.
11. Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις,
12. Τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς.
13. Διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.
14. Ἔλεος καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει;
15. Οὕτω ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας [τὸν αἰῶνα].
16. Τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας.

A 2. Intende orationi meæ:
3. A finibus terræ ad te clamavi, dum anxiaretur cor meum:
4. In petra exaltasti me.
5. Deduxisti me, quia factus es spes mea,
6. Turris fortitudinis a facie inimici.

Diapsalma.

7. Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula·
8. Protegar in velamento alarum tuarum.
9. Quoniam tu, Deus, exaudisti orationem meam:
10. Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.
11. Dies super dies regis adjicies,
12. Annos ejus usque in diem generationis et generationis.
B 13. Permanebit in æternum in conspectu Dei.
14. Misericordiam et veritatem ejus quis requiret?
15. Sic psalmum dicam nomini tuo in sæcula [sæculum]:
16. Ut reddam vota mea de die in diem.

(a) Vers. 4, Ἐν τῷ, etc., ὕψωσάς με.
(b) Cod. Palat. ut infra.

ATHANASII INTERPRETATIO.

μέχρι τέλους εἰς ὕμνον εἴρηται *τῷ Ἰκαρῷ τῇ χειρὶ*, τουτέστι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. *Δαβὶδ* γὰρ ἑρμηνεύεται *ἰκαρὸς χειρὶ*, ὡς εἴρηκα (1) πολλάκις.

num dictus est Psalmus *manu fortis*, hoc est Filio Dei. David enim interpretatur *manus fortis*, ut sæpius dixi.

2. Μὴ ἀποστραφῇς τὴν προσευχήν μου.
3. Ὅλων τῶν γηίνων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ καθαρίσας τὴν διάνοιάν μου, οὕτως ἐδεήθην σου.
4. Ἐν τῷ νυστάξαι εἰς τὴν ἁμαρτίαν τὴν καρδίαν μου, ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἐθεμελίωσάς με.
5. Ἐν τῷ φωτὶ τῆς χάριτός σου ὡδήγησάς με.
6. Τεῖχος ἰσχυρόν μοι (2) ὑπάρχεις φεύγοντι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.
7. Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου διαμένω (3) [διαμενῶ] διαπαντός.
8. Φυλαχθήσομαι ὑπὸ τῶν δύο Διαθηκῶν σου (4).
9. Πληρώσας με τοῦ φωτισμοῦ σου.
10. Τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔδωκας τοῖς ποιοῦσι τὸ θέλημά σου.
11. Καὶ τῷ ἀξιωθέντι πιστῷ σου λαῷ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι τοῦ φωτὸς τῆς χαριτός σου προσθήσεις αὐτῷ καὶ τοῦ ἀϊδίου φωτὸς ἀπολαῦσαι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.
12. Καὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἀτελεύτητός ἐστιν (5).
13. Καὶ ἀχώριστός ἐστι τοῦ ὁρᾶν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.
14. Τὴν εὐσπλαγχνίαν αὐτοῦ καὶ τὴν δικαιοκρισίαν τίς (6) καταλάβῃ;
15. Οὕτως ψαλῶ σοι (7) ἀπαύστως, ὡς ὀφείλων, ἐν εὐχαριστίαις.
16. Ἀνυμνεῖν σε καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

C 2. Ne averseris orationem meam.
3. Cum ab omnibus rebus terrenis, quæ in mundo sunt, mundasses mentem meam, ita te deprecatus sum.
4. Cum dormitaret in peccato cor meum in præceptis tuis fundasti me.
5. In luce gratiæ tuæ deduxisti me.
6. Murus fortissimus mihi es fugienti a peccato.
7. In justificationibus tuis permanebo semper.
8. Custodiar sub duobus Testamentis tuis.
9. Replens me illuminatione tua.
10. Regnum cœlorum dedisti facientibus voluntatem tuam.
D 11. Et populo tuo fideli, qui in hoc sæculo dignus factus est luce gratiæ tuæ, adjicies ipsi etiam fruitionem æternæ lucis in venturo sæculo.
12. Et vita ejus sempiterna est.
13. Et inseparabilis est a visione gloriæ Dei.
14. Miserationem ejus et justum judicium quis comprehendet?
15. Sic psalmum dicam tibi incessanter, ut debeo, in gratiarum actionibus.
16. Ut laudem te et in præsenti sæculo et in futuro.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Πολλάκις εἰρήκαμεν.
(2) Μου.
(3) Διαμείνω.
(4) Σου deest.
(5) Ἔσται.
(6) Αὐτοῦ τίς.
(7) Σοι deest, ἀπαύστως ὄφελον ἐν, etc.

Digitized by Google

In finem, pro Idithum psalmus David.
PSAL. LXI.

1. Nonne Deo subjecta erit anima mea?
2. Ab ipso enim Salutare meum.
3. Nam et ipse Deus meus et Salutaris meus,
4. Susceptor meus, non movebor amplius.
5. Quousque irruitis in hominem?
6. Interficitis universi vos:
7. Tanquam parieti inclinato et maceriæ depulsæ?
8. Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere.
9. Cucurri in siti.
10. Ore suo benedicebant, corde [et corde, etc.] suo maledicebant.

Diapsalma.

11. Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea:
12. Quoniam ab ipso patientia mea.
13. Quin ipse Deus meus et Salvator meus:
14. Adjutor meus, non emigrabo.

(*a*) Codex Palat.

A *Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.*
ΨΑΛ. ΞΑ'.

1. Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου;
2. Παρ' αὐτῷ γὰρ τὸ Σωτήριόν μου.
3. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου,
4. Ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον.
5. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον;
6. Φονεύετε πάντες ὑμεῖς,
7. Ὡς τοίχῳ κεκλισμένῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ;
8. Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι.
9. Ἔδραμον ἐν δίψῃ.
10. Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο.

B *Διάψαλμα* (*a*).

11. Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου·
12. Ὅτι παρ' αὐτῷ ἡ ὑπομονή μου.
13. Ὅτι αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου·
14. Ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω

ATHANASII INTERPRETATIO.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (1)· *Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ψαλμὸς τῷ Δαβίδ*· τοῦτο οὖν λέγει· ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων ὑπὲρ *τοῦ ἑνὸς κριτοῦ τοῦ ἐρχομένου*· τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται Ἰδιθούμ· εἶτα· *Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ*, τουτέστι ψαλμὸς, *τῷ ἰσχυρῷ τῇ χειρί*· τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται Δαβίδ. Οὐκοῦν σαφῶς λέγει περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἑνὸς κριτοῦ ἐρχομένου *ἰσχυροῦ χειρὶ ὄντος* (2).

Titulus præpositus continet: *In finem, pro Idithum psalmus David.* Hoc igitur significat: in fine sæculorum pro *uno judice venturo;* ita enim interpretatur *Idithum.* Deinde: *Psalmus David,* hoc est psalmus *manu forti,* ita enim interpretatur *David.* Itaque manifeste loquitur de Filio Dei, qui unicus Judex venturus est, et *manu fortis est.*

1. Neque justum neque utile est animæ meæ ulla C in re adversari Deo.
2. Nam apud eum vita mea et in præsenti sæculo.
3. Nam et ipse est creator meus et Salvator meus.
4. Non discedam ab eo usque in finem.
5. Quousque humana potentia et auxilio utimini?
6. Et occiditis inferiores vobis:
7. Veluti muro cadenti, et maceriæ disjectæ?
8. Ita mandata mea repelluntur.
9, 10. Veluti currens in siti, qui ore quidem bibit, cor autem ejus nihil potus excipit: ita etiam isti ore eorum eloquia mea accipiunt, cor autem eorum longe abest.
11. Tu autem, anima mea, Deo subjecta esto. D
12. Quoniam apud ipsum retributio mea.
13. Nam et ipse Deus meus et Salvator meus.
14. Susceptor meus est; nulli alteri adhærebo.

1. Οὐ δίκαιον καὶ συμφέρον ἐστὶ τῇ ψυχῇ μου ἐν μηδενὶ ἀνθίστασθαι τῷ Θεῷ.
2. Παρ' αὐτῷ γὰρ ἡ ζωή μου καὶ ἐν τῷ νῦν (3) ὄντι.
3. Καὶ γὰρ αὐτός ἐστι δημιουργός μου καὶ Σωτήρ μου.
4. Οὐ μὴ ἀποστῶ ἀπ' αὐτοῦ ἕως τέλους.
5. Ἕως πότε τῇ ἀνθρωπίνῃ δυναστείᾳ καὶ βοηθείᾳ χρῆσθε (4)';
6. Καὶ φονεύετε τοὺς ὑποδεεστέρους ὑμῶν·
7. Ὡς τοίχῳ πίπτοντι καὶ φραγμῷ ῥιφέντι;
8. Οὕτως τὰ προστάγματά μου ἀπωθοῦνται.
9, 10. Ὡς ὁ τρέχων ἐν τῇ (5) δίψῃ τῷ μὲν στόματι πίνει, ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ οὐδὲν δέχεται τοῦ πόματος· οὕτω καὶ οὗτοι τῷ στόματι αὐτῶν τὰ λόγιά μου δέχονται, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥωθεν (6) ἀπέχει.
11. Σὺ δὲ, ψυχή μου, τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι.
12. Ὅτι παρ' αὐτῷ ἡ μισθαποδοσία μου.
13. Καὶ γὰρ (7) αὐτός Θεός μου καὶ Σωτήρ μου.
14. Ἀντιλήπτωρ μού ἐστιν· οὐ μὴ ἄλλῳ τινὶ προσληθῶ.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περ.
(2) Οὕτως.
(3) Νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.
(4) Κεχρῆσθαι;
(5) Τῇ deest.
(6) Πόῤῥω.
(7) Καὶ γάρ, etc., τῷ, desunt.

Digitized by Google

15. Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου. A
16. Ὁ Θεὸς τῆς βοηθείας μου, καὶ ἡ ἐλπίς μου ἐπὶ τῷ Θεῷ.
17. Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν (*a*).
18. Ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν·
19. Ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν.

Διάψαλμα.

20. Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων·
21. Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι·
22. Αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό.
23. Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν·
24. Καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε·
25. Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν.
26. Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, δύο ταῦτα ἤκουσα·
27. (*b*) Ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, B
28. Καὶ σοῦ (*c*), Κύριε, τὸ ἔλεος.
29. Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ· ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰδουμαίας. ΨΑΛ. ΞΒ'.

1. Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω.

15. In Deo salutare meum et gloria mea.
16. Deus auxilii mei, et spes mea in Deo.
17. Sperate in eo, omnis congregatio populorum.
18. Effundite coram illo corda vestra:
19. Quia Deus adjutor noster.

Diapsalma.

20. Verumtamen vani filii hominum:
21. Mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant.
22. Ipsi de vanitate in idipsum.
23. Nolite sperare in iniquitate:
24. Et rapinas nolite concupiscere.
25. Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.
26. Semel locutus est Deus, duo hæc audivi:
27. Quia potestas Dei,
28. Et tua, Domine, misericordia.
29. Quia tu reddes unicuique juxta opera sua.

Psalmus David: cum esset ipse in deserto Idumææ.
PSALM. LXII.

1. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.

(*a*) In marg. cod. λαοῦ.
(*b*) Vers. 27, 28, sub unico num.
(*c*) Σοι in marg. cod.

ATHANASII INTERPRETATIO.

15. Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἡ ζωή μου καὶ τὸ καύχημά μου.
16. Ὁ Θεός μου βοηθός μου γίνεται ἀεὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐλπίς μου ἐπ' αὐτῷ ἐστι.
17. Καὶ ὑμεῖς οὖν, ἐπ' αὐτὸν (1) ἐλπίσατε πάντες.
18. Τῷ ἑτοίμως βοηθοῦντι τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτὸν προσενέγκατε αὐτῷ τὰς καρδίας ὑμῶν. C
19. Ἀντίκειται τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν.
20. Οἱ τὰ ἀνθρώπινα φρονοῦντες.
21. Δόλιοι καταδυναστεύοντες καὶ ἀδικοῦντες.
22. Ἐκ πλεονεξίας συναγαγεῖν ἑαυτοῖς ἡ φροντὶς αὐτῶν ἐστιν.
23-25. *Οἱ γὰρ πλουτεῖν θέλοντες ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου.*
26. Τὰ αὐτὰ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς καὶ ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ἐν τοῖς προφήταις τὰ δύο ταῦτα·
27. Ἀγαπήσεις *Κύριον τὸν Θεόν* σου.
28. Καὶ ποιήσεις ἔλεον τῷ πλησίον σου ὡς ἑαυτῷ. D
29. Αὐτὸς γὰρ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

15. In Deo vita mea, et gloriatio mea.
16. Deus meus adjutor meus est semper, et ideo spes mea in ipso est.
17. Et vos igitur omnes, sperate in eum.
18. Prompte opitulanti sperantibus in eo afferte ipsi corda vestra.
19. Adversatur inimicis nostris.
20. Humana cogitantes
21. Dolosi impotenter dominantes, et injuste agentes
22. Ut sibi e turpi lucro congregent, cura eorum est.
23-25. *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli*[73].
26. Eadem locutus est Deus et in lege, et in prophetis hæc duo:
27. *Diliges Dominum Deum tuum*[73].
28. Et facies misericordiam proximo tuo sicut tibi ipsi[74].
29. Ipse enim unicuique reddet juxta opera sua[75].

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (2)· *Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ· ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰδουμαίας.* Τοῦτο οὖν ἐστιν ὃ λέγει. *Δαβὶδ* ἑρμηνεύεται *ἐξουθένημα*, *ἔρημος* καὶ (3) *ὁ κόσμος* θεωρεῖται. *Ἰδουμαία* δὲ ἑρμηνεύεται *ἐκλείπουσα*· τουτέστιν ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ ἐξουθενημένος ὢν (4) ἐστι τῷ κόσμῳ τῷ ἐκλεί-

Titulus præpositus continet: *Psalmus David: cum esset ipse in deserto Idumææ.* Hoc igitur est, quod significat. *David* interpretatur *abjectio*, et *deserti* nomine *mundus* allegorice intelligitur: *Idumæa* autem interpretatur *deficiens*: nempe peccator, qui coram Deo contemptus et abjectus est, manens in mundo

1. Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, ἐπὶ τὸ φῶς σου θέλω ἐλθεῖν.

1. Deus Deus meus, ad lucem tuam volo venire.

[73] I Tim. VI, 9. [73] Deut. VI, 5; Matth. XXII, 37. [74] Levit. XIX, 18; Matth. XXII, 39. [75] Rom. II, 6.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσατε πάντες τῷ ἑτοίμως, etc., ἐπ' αὐτόν. N. 18. Προσενέγκατε.
(2) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περ.
(3) Δέ.
(4) Ὁ ὢν ἔτι ἐν τῷ, etc.

Digitized by Google

2. Sitivit te anima mea :
3. Quam multipliciter tibi caro mea.
4. In terra deserta, et invia, et inaquosa :
5. Sic in sancto apparui tibi :
6. Ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.
7. Quoniam melior est misericordia tua super vitas :
8. Labia mea laudabunt te,
9. Sic benedicam te in vita mea :
10. Et in nomine tuo levabo manus meas.
11. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea :
12. Et labiis exsultationis laudabit os meum.
13. Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabar in te.
14. Quia fuisti adjutor meus :
15. Et in velamento alarum tuarum exsultabo.
16. Adhæsit anima mea post te :
17. Me autem suscepit dextra tua.
18. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam.

A 2. Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου·
3. Ποσαπλῶς σοι ἡ σάρξ μου.
4. Ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ
5. Οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι·
6. Τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου καὶ τὴν δόξαν σου.
7. Ὅτι κρεῖσσον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ ζωάς·
8. Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε.
9. Οὕτως εὐλογήσω σε ἐν τῇ ζωῇ μου·
10. Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου.
11. Ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου·
12. Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου.
13. Εἰ ἐμνημόνευσόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ·
B 14. Ὅτι ἐγενήθης βοηθός μου·
15. Καὶ ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἀγαλλιάσομαι.
16. Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου·
17. Ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου.
18. Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου·

ATHANASII INTERPRETATIO.

ποντι, θέλων ἐπιστρέψαι καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ βάπτισμα, πάλιν μετὰ (1) βάπτισμα ἡμαρτηκὼς, καὶ θέλων μετανοῆσαι λέγει τὸν ψαλμὸν τοῦτον.

deficiente, cum vult converti, et venire ad baptisma, et rursus post baptisma cum peccaverit, et vult pœnitentiam agere, dicit hunc psalmum.

2. Desideravit te anima mea.
3. Multipliciter innumerabiliter.
4. Quoniam tanquam nihil sum coram te : siquidem neque radix, neque flos, neque fructus est in me.
5. Sic in domo sancta tua accessi ad te.
6. Ut discerem resurrectionem tuam et passionem tuam.
7. Quoniam multo melior est misericordia tua quam voluptates et divitiæ hujus sæculi.
8. Labia cordis mei laudabunt te.
9. Semper.
10. Intendo ad te cor meum.
11. Gratia tua.
12. Corde exsultante laudabit te os meum.
13. Si meminero tui in quiete animæ meæ, in mandatis tuis meditabor.
14. Quia semper in mandatis tuis corroboravi me.
15. Et in duobus tuis Testamentis exsultabo.
16. Vestigia tua sequetur.
17. Tu autem ipse deduxisti me dextera tua.
18. Dæmones.

C 2. Ἐπεθύμησέ σε ἡ ψυχή μου.
3. Ποσαχῶς ἀναριθμήτως.
4. Ὅτι ὡς οὐδέν εἰμι ἐνώπιόν σου· ἐπειδὴ οὔτε ῥίζα, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπός ἐστιν ἐν ἐμοί.
5. Οὕτως ἐν τῷ οἴκῳ (2) τῷ ἁγίῳ σου προσῆλθόν σοι.
6. Τοῦ μαθεῖν τὴν ἀνάστασίν (3) σου καὶ τὸ πάθος σου.
7. Ὅτι πολὺ βέλτιον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ αἰῶνος τούτου.
8. Τὰ χείλη τῆς καρδίας μου ἀνυμνήσουσί σε.
9. Διαπαντός.
10. Ἀνατείνω πρὸς σὲ τὴν καρδίαν μου.
11. Τῇ χάριτί σου (4).
D 12. Τῆς καρδίας ἀγαλλιωμένης, αἰνέσει τὸ στόμα μου.
13. Ἐὰν μνημονεύσω σου ἐν τῇ ἡσυχίᾳ τῆς ψυχῆς μου, ἐν τοῖς προστάγμασί σου μελετήσω.
14. Ὅτι ἀεὶ ἐν τοῖς προστάγμασί σου ἐνεδυνάμωσά με (5).
15. Καὶ ἐν ταῖς δυσί σου Διαθήκαις ἀγαλλιάσομαι.
16. Τοῖς ἴχνεσί σου ἐξακολουθήσει (6).
17. Αὐτὸς δὲ ὡδήγησάς με τῇ δεξιᾷ σου.
18. Οἱ δαίμονες.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Μετὰ τὸ, etc.
(2) Ναῷ. Paulo post deest σου.
(3) Ἀνάπαυσίν, etc.
(4) Τῆς χάριτός σου.
(5) Ἐνεδυνάμωσάς με.
(6) Ἐξακολουθήσω.

Digitized by Google

19 Εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς.
20. Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας·
21. Μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται.
22. Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ·
23. Ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ·
24. Ὅτι ἐνεφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα.

19. Introibunt in inferiora terræ :
20. Tradentur in manus gladii :
21. Partes vulpium erunt.
22. Rex vero lætabitur in Deo :
23. Laudabitur omnis qui jurat in eo .
24. Quia obstructum est os loquentium iniqua.

Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. ΨΑΛ. ΞΓ'.

1. Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς φωνῆς μου, ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ·
2. Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξέλου τὴν ψυχήν μου.
3. Σκέπασόν με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων,
4. Ἀπὸ πλήθους ἐργαζομένων ἀδικίαν.
5. Οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν,
6. Ἐνέτειναν τόξον αὐτῶν, πρᾶγμα πικρὸν,
7. Τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον·
8. Ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται [φοβηθήσεται.]
9. Ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν·
10. Διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδα.
11. Εἶπον· Τίς ὄψεται αὐτούς;

In finem, psalmus David. PSALM. LXIII.

1. Exaudi, Deus, vocem meam, cum deprecor ad te :
2. A timore inimici eripe animam meam.
3. Protege me a conventu malignantium.
4. A multitudine operantium iniquitatem.
5. Qui exacuerunt ut gladium linguas suas,
6. Intenderunt suum arcum, rem amaram,
7. Ut sagittent in occultis immaculatum :
8. Subito sagittabunt eum, et non timebunt [timebit].
9. Firmaverunt sibi sermonem nequam :
10. Narraverunt ut absconderent laqueum :
11. Dixerunt : Quis videbit eos?

ATHANASII INTERPRETATIO.

19. Εἰς τὰ τάρταρα τῆς γῆς· *ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.*
20. Εἰς κόλασιν αἰώνιον.
21. Τῶν αἱρετικῶν καὶ τῶν ὑποκριτῶν οἱ δαίμονες μερίδες εἰσίν.
22. Ὁ πιστὸς λαός.
23. Δοξασθήσεται ὁ πιστεύων τῷ Κυρίῳ· ὅρκος γὰρ λόγος πιστούμενός ἐστι.
24. Τῶν δαιμόνων καὶ τῶν αἱρετικῶν.

19. In tartara terræ : *ibi erit fletus et stridor dentium.*
20. In supplicium æternum.
21. Hæreticorum et hypocritarum dæmones partes sunt.
22. Populus fidelis.
23. Glorificabitur credens Domino; juramentum enim est sermo cui fides habetur.
24. Dæmonum et hæreticorum.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (1)· *Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ*· περὶ τῶν ἐστὶ συντελείᾳ (2) τῶν αἰώνων ἐσομένων ὁ ψαλμὸς λέγεται παρὰ τὸν Κύριον τὸν [τῷ] Δαβὶδ (3).

Titulus præpositus continet : *In finem, psalmus David.* De iis quæ futura sunt in consummatione sæculorum psalmus dicitur ad Dominum a Davide.

1. Προσκαλούμενός (4) σε εἰς βοήθειαν εἰσάκουσον τῆς δεήσεως ἧς προσάγω σοι.
2. Τοῦ διαβόλου.
3. Τῶν αἱρετικῶν.
4. Τῶν δαιμόνων.
5. Οἱ δαίμονες κατήρτισαν τοὺς αἱρετικούς.
6. Καὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς πλάνης αὐτῶν ἐπλεόνασαν.
7. Τοῦ ῥήματα βλάσφημα λέγειν κατὰ τὸν Θεόν (5).
8. Ἑτοίμως ῥήματα ἀσεβείας λέγουσι κατὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ φοβοῦνται.
9. Τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν τὰς διαβολικάς.
10. Συνεγράψαντο πιθανολογίας, δι' ὧν παγιδεύσουσι τοὺς ἀνθρώπους.
11. Λογίζονται, οὐδεὶς δύναται αὐτοῖς ἀντιστῆναι (6).

1. Invocans te in adjutorium, exaudi orationem quam tibi affero.
2. Diaboli.
3. Hæreticorum.
4. Dæmonum.
5. Dæmones præpararunt hæreticos.
6. Et doctrinam erroris eorum auxerunt.
7. Ad dicenda verba blasphema contra Deum.
8. Temere dicunt verba impietatis contra Deum, et non timent.
9. Diabolicas eorum enarrationes.
10. Conscripserunt sermones persuasibiles, quibus illaqueant homines.
11. Cogitant, neminem posse eis resistere.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περ.
(2) Τῶν οὖν ἐπὶ συντ.
(3) Παρὰ τῶν κατὰ τὸν Δαβὶδ δικαίων.
(4) Προσκαλουμένου.
(5) Τοῦ Θεοῦ.
(6) Ἀντιθῆναι.

Digitized by Google

12. Scrutati sunt iniquitatem :
13. Defecerunt scrutantes scrutinio.
14. Accedet homo, et cor profundum :
15. Et exaltabitur Deus.
16. Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum :
17. Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.
18. Conturbati sunt omnes, qui videbant eos :
19. Et timuit omnis homo.
20. Et annuntiaverunt opera Dei,
21. Et facta ejus intellexerunt.
22. Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo :
23. Et laudabuntur omnes recti corde.

In finem, psalmus cantici David : (canticum Jeremiæ et Ezechielis, de populi transmigratione quando profecturi erant.) PSAL. LXIV.

1. Te decet hymnus, Deus, in Sion :

A 12. Ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν·
13. Ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις.
14. Προσελεύσεται ἄνθρωπος, καὶ καρδία βαθεῖα·
15. Καὶ ὑψωθήσεται ὁ Θεός.
16. Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν
17. Καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν.
18. Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς·
19. (*a*) Καὶ ἐφοβήθη πᾶς ἄνθρωπος.
20. Καὶ ἀνήγγειλαν τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ,
21. Καὶ τὰ ποιήματα αὐτοῦ συνῆκαν.
22. Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτόν·
23. Καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβίδ· (ᾠδὴ Ἱερεμίου καὶ Ἰεζεκιὴλ τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας, ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι.) ΨΑΛ. ΞΔ'.

B 1. Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιών·

(*a*) Vers. 19, 20, sub unico num.

ATHANASII INTERPRETATIO.

12. In philosophia quædam perversa loquuntur contra Deum.
13. Perierunt nullam quærentes veritatem.
14. Veniet ad homines habentes gratiam in Scripturis.
15. Et glorificabitur Deus in ipsis.
16. Verba enim eorum existimata acuta esse, infirma inveniuntur contra hominem Dei.
17. Et confusi sunt in doctrina eorum.
18. Obstupuerunt omnes qui eos victos viderunt.
19, 20. Et miratus est omnis nomo, et ita dixit : Gratia Dei est in homine qui confundit hæreticos.
21. Et veritatem Dei cognoverunt.
22. Exsultabit homo qui hæreticos superavit.
23. Et laudabuntur omnes qui recte cogitant de Domino.

12. Ἐν φιλοσοφίᾳ τινὶ διεστραμμένα λαλοῦσι (1) κατὰ τοῦ Κυρίου.
13. Ἀπώλοντο ζητοῦντες οὐδὲν ἀληθές.
14. Ἐλεύσεται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας
C χάριν (2) ἐν ταῖς Γραφαῖς.
15. Καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς ἐν αὐτοῖς (3).
16. Τὰ ῥήματα γὰρ αὐτῶν τὰ νομιζόμενα ἠκονημένα εἶναι (4) ἀνίσχυρα εὑρίσκονται πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον.
17. Καὶ κατῃσχύνθησαν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ αὐτῶν.
18. Ἐξενίσθησαν πάντες οἱ ὁρῶντες αὐτοὺς ἡττηθέντας.
19, 20. Καὶ ἐθαύμασε πᾶς ἄνθρωπος, καὶ εἶπεν οὕτως· Χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ καταισχύνοντι τοὺς αἱρετικούς.
21. Καὶ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐπέγνωσαν.
22. Ἀγαλλιάσεται ὁ ἄνθρωπος (5), ὁ τοὺς αἱρετικοὺς νικήσας.
23. Καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ ὀρθῶς φρονοῦν-
D τες περὶ τοῦ Κυρίου.

Ἡ προκειμένη ἐπιφραφὴ περιέχει (6)· *Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.* Τοῦτο οὖν λέγει· ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γίνεται (7) ὑπὸ τοῦ Κυρίου ὁ ψαλμὸς τῆς ᾠδῆς ταύτης εἴρηται *τῷ Δαβίδ*, τουτέστιν *τῷ ἰσχυρῷ τῇ χειρὶ*, ὅς ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Titulus præpositus continet : *In finem, psalmus cantici David.* Hoc igitur significat : pro iis quæ futura sunt in novissimis diebus ut fiant a Domino, psalmus cantici hujus dicitur *David*, hoc est *manu forti*, qualis est Dominus Deus noster.

1. Te decet hymnus, Deus, in corde sitienti : *Sion* enim interpretatur *sitiens*.

1. Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν καρδίᾳ διψώσῃ (8)· *Σιὼν* γὰρ ἑρμηνεύεται *διψῶσα*.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Λαλήσουσιν.
(2) Πρὸς αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος ἔχων χάριν, etc.
(3) Αὐτῷ.
(4) *Εἶναι*, deest.
(5) Ἄνθρωπος ἐκεῖνος.
(6) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περ.
(7) Γίνεσθαι.
(8) Διψώσῃ σε.

Digitized by Google

2. Καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἰερουσαλήμ.
3. Εἰσάκουσον προσευχῆς μου, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει.
4. Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς.
5. Καὶ ταῖς ἀσεβείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ.
6. Μακάριος, ὃν ἐξελέξω, καὶ προσέλαβου·
7. Κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου.
8. Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου·
9. Ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ.
10. Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν,
11. Ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν.
12. Ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ,
13. Περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ.
14. Ὁ συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης,
15. Ἦχους κυμάτων αὐτῆς τίς ὑποστήσεται;
16. Ταραχθήσονται τὰ ἔθνη, καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων σου·
17. Ἐξόδους πρωΐας, καὶ ἑσπέρας τέρψεις.
18. Ἐπισκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτήν·
19. Ἐπλήθυνας τοῦ πλουτίσαι αὐτήν.

2. Et tibi reddetur votum in Hierusalem.
Digitized by Google

11. Omnis spiritus laudet Dominum.

A

11. Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κυριον.

ATHANASII INTERPRETATIO.

11. Omnis spiritus laudet Dominum.

Psallite spiritu, psallite et mente, hoc est glorificate Deum et anima et corpore vestro.

11. Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον.

Ψάλατε τῷ πνεύματι, ψάλατε καὶ τῷ νοΐ, τουτέστι, δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν καὶ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι ὑμῶν.

IN EXCERPTA IN JOB ADMONITIO

Athanasii fragmenta isthæc ex Nicetæ Heracleotæ catena desumpta habentur in prius editis. Sed jam auctiora et emendatiora prodeunt ex codice Regio 2434. Sunt autem excerpta et expressa ex variis Athanasii operum locis, sed non iisdem verbis. Non enim fertur Athanasius commentaria in Jobum edidisse.

Athanasii. Quod autem Scriptura dicat : *Facti sunt ei septem filii* [27], id nobis adversus Ariomanitas fert opem : qui quasi magnas hæresis suæ suppetias illud usurpant, quod ab Apostolo de Unigenito dictum est : *Fidelem ei qui fecit ipsum* [28] : atque acriter contendunt, Filium Dei rem esse factam. At hujusmodi fulcrum quasi calamus contritus est ipsis. Quando namque substantia est quid factum aut creatum, tunc illud, *creavit*, et *fecit*, proprie de iis rebus dicuntur, et significant rem factam. Cum autem substantia proles est et filius, tunc illud, *fecit*, et *factum est*, et *creavit*, non proprie usurpantur, neque rem factam significant, sed pro illa voce, *genuit*, ista, *fecit*, indifferenter quis utitur. Itaque sese Ariani damnaturi sunt, si Scripturæ sacræ proprietatem ediscant. Nam si factos, editos, creatos, a se genitos liberos parentes dicant, non tamen naturam illi abnegant. Ezechias igitur, ut in Isaia scriptum est, orando dicebat : Ex hoc die filios faciam, voce, *facium*, usus pro voce, *gignam*, dum de iis qui a se gignendi erant loqueretur. Neque differt ullatenus.

B

C

Et hic de Job dictum est : *Facti sunt ei filii septem* [29]. Quemadmodum et Moyses in lege ait : Si facti fuerint.

Primum quærendum, an filius est. Hoc enim commonstrato, cadit illa de re facta vel creata suspicio : omnibusque perspicuum est, dictionem quæ sic habet, *qui fecit eum*, nullam eorum hæresi utilitatem afferre, imo potius damnationem. Ostensum enim fuit, vocem, *factus est*, etiam pro germanis et naturalibus filiis in divina Scriptura usurpari. Quare cum demonstratum sit Dominum esse naturalem ac verum filium, licet de illo dicatur, *factus est*, aut conditus fuit, id nequaquam ita dicitur ac si sit ipse res creata, sed indifferenter ea voce utuntur sancti viri.

D

[27] Job I, 2. [28] Hebr. III, 2. [29] Job I, 2.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τό γε (1) μὴν λέγειν τὴν Γραφήν· *Ἐγένοντο δὲ αὐτῷ ἑπτὰ υἱοί*, καὶ πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας ἡμῖν συμβαλεῖται· οἳ ὡς μέγα βοήθημα τῆς αἱρέσεως αὐτῶν κατέχουσι τὸ περὶ τοῦ Μονογενοῦς παρὰ τοῦ Ἀποστόλου λεγόμενον· *Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν*· καὶ φιλονεικοῦσι ποίημα εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱόν. Ἔστι δὲ αὐτοῖς κάλαμος τεθλασμένος τοῦτο τὸ ἔρεισμα. Ὅταν μὲν γὰρ ἡ οὐσία ποίημα ᾖ καὶ κτίσμα, τηνικαῦτα τὸ, *ἐποίησε*, καὶ τὸ, *ἔκτισε*, κυρίως ἐπὶ αὐτῶν λέγεται, καὶ σημαίνει τὸ ποίημα· ὅταν δὲ ἡ οὐσία γέννημα ᾖ καὶ υἱὸς, τό τε, *ἐποίησε*, καὶ τὸ, *ἐγένετο*, καὶ τὸ, *ἔκτισεν*, οὐκ ἔτι κυρίως ἐπ' αὐτοῦ κεῖται, οὐδὲ ποίημα σημαίνει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ *ἐγέννησε* τῷ *ἐποίησεν* ἀδιαφόρως τις κέχρηται ῥήματι. Ὥστε καταγνώσονται ἑαυτῶν οἱ Ἀρειανοὶ, εἰ μάθοιεν τὸ τῆς Γραφῆς ἰδίωμα· καὶ γὰρ εἰ ποιουμένους, καὶ γινομένους, καὶ κτιζομένους τοὺς ἐξ αὐτῶν φυομένους λέγοιεν οἱ γονεῖς, οὐδὲν ἧττον οὐκ ἀρνοῦνται τὴν φύσιν. Ὁ γοῦν Ἐζεχίας, ὡς ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γέγραπται, εὐχόμενος ἔλεγεν· Ἀπὸ γὰρ τῆς σήμερον παιδία ποιήσω, ἀντὶ τοῦ, γεννήσω, τὸ *ποιήσω* εἰρηκὼς, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ φυομένους εἰπών. Καὶ οὐ διαφέρεται.

Κἀνταῦθα δὲ περὶ τοῦ Ἰὼβ εἴρηται· *Ἐγένοντο δὲ αὐτῷ υἱοὶ ἑπτὰ*· ὥσπερ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ φησίν· Ἐὰν γένωνται.

Χρὴ πρότερον ζητεῖν, εἰ υἱός ἐστιν. Τούτου γὰρ ἀποδεικνυμένου, παύεται ἡ περὶ τοῦ ποιήματος καὶ κτίσματος ὑπόνοια, καὶ φανερὰ πᾶσιν ἀπόδειξις, ὡς ἡ λέξις ἡ λέγουσα, *τῷ ποιήσαντι αὐτὸν*, οὐκ εἰς δνησίν ἐστι τῇ αἱρέσει αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς κατάγνωσιν. Δέδεικται γὰρ, ὅτι ἡ τοῦ, *ἐποίησε*, λέξις καὶ ἐπὶ τῶν γνησίων καὶ τῶν φύσει τέκνων ἐν τῇ θείᾳ κεῖται Γραφῇ. Ὅθεν τοῦ Κυρίου ἀποδεικνυμένου φύσει καὶ γνησίου υἱοῦ, κἂν λέγηται ἐπ' αὐτοῦ (sic) τὸ, *ἐποίησεν*, ἢ ἐγένετο, οὐχ ὡς ποιήματος ὄντος αὐτοῦ λέγεται, ἀλλ' ἀδιαφόρως τῇ λέξει χρῶνται οἱ ἅγιοι.

(1) Hæc expressa sunt ex *oratione* II *contra Arianos*.

Digitized by Google

Nicetæ Heracleotæ Catena in Job, *quædam alia habet excerpta ex Athanasii operibus jam editis, tantum afferemus quæ nusquam exstant vel admodum mutata sunt.*

Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ διαβόλῳ· Πόθεν παραγέγονας; A *Et ait Deus diabolo : Unde venis*[30] ?

Ἀθανασίου. Ἅμα δὲ (2) ἐν τούτοις παρίσταται, εἰ καὶ τὰ γενητὰ πάντα ἐν μεμερισμένοις τόποις εἰσὶ, φωστῆρες μὲν ἐν τῷ στερεώματι, νέφη δὲ ἐν τῷ ἀέρι. Καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν· οἱ δὲ ἄγγελοι ἀποστέλλονται εἰς διακονίας, καὶ ἀναβαίνουσι καὶ καταβαίνουσιν ἐπὶ τῆς κλίμακος. Κάνταῦθα, *Ἦλθον*, φησὶ, *παραστῆναι ἐνώπιον Κυρίου*. Καὶ πεῦσις γίνεται πρὸς τὸν διάβολον· *Πόθεν παραγέγονας;* Ὥστε ἐν τόπῳ εἰσὶ, καὶ ἔνθα ἀποστέλλονται, ἐκεῖ πάρεισι· μόνος δὲ ὁ Θεὸς, ἀπερίγραπτος· τὸν παντα-χοῦ παρόντα ζητοῦσιν, ἵν' εὕροιεν ἐν χωρίῳ τινὶ συγ-κλειόμενον τὸν ἀόριστον. Ἀλλὰ τὸ παραστῆναι, τοῦτό ἐστι τὸ τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ τυπωθῆναι, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν ὁλικῶς ἀνατείνεσθαι. Θεοῦ μὲν γὰρ ἐνώπιόν B ἐστι πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ αὐτὴ ἡ ἀποστατικὴ καὶ πο-νηροτάτη, κατὰ τὸ ἀπερίγραπτον τῆς οὐσίας ἐκείνης· ἰδίως δὲ οἱ ἄγγελοι πάρεισι τῷ Θεῷ, κατὰ τὸν τῆς θείας ἀγάπης ἀκόρεστον ἔρωτα.

Athanasii. His quoque præsens adest, licet con-dita omnia divisis in locis sint; luminaria quidem in firmamento, nubes in aere. Et quidem homini-bus constituit terminos gentium : angeli vero ad ministeria mittuntur, atque in scala ascendunt et descendunt. Et hoc in loco ait : *Venerunt ut se si-sterent coram Domino.* Interrogaturque diabolus : *Unde venis?* In loco itaque sunt angeli, et quo mit-tuntur illic adsunt; solus vero Deus est incircum-scriptus. Tum eum qui præsens ubique est perqui-runt, ut conclusum quodam in loco inveniant eum qui definitus non est. Verum illud, se sistere Do-mino, idipsum est quod voluntatibus obsequi illius, ac ei ubique præsto esse. Universæ quippe creatæ res coram Deo sunt; imo ipsæ quoque scelestis-simæ quæ prævaricatæ sunt, secundum incircum-scriptam illius substantiæ naturam. Angeli vero proprie adsunt Deo, pro insatiabili suo divinæ cha-ritatis amore.

Ἀθανάσιος. Ἠγωνίζετο μὲν οὖν ὁ Ἰὼβ, καὶ μέ-γας ἦν ὁ πειρασμός· μείζων δὲ ἐφαίνετο ὁ ἀθλητὴς τοῦ πειρασμοῦ. Καὶ πολὺς μὲν ἔῤῥεεν ὁ πειράζων, καὶ χαλεπὸς ἦν ὁ μαχόμενος· ἀνδρειότερος δὲ ἐφαί-νετο ὁ πειραζόμενος, νικῶν τὰς ἐπιχειρήσεις καὶ προσβολὰς τοῦ πονηροῦ τῷ μεγέθει τῆς διανοίας. Γνώρισμα τῆς ἀνδρείας ἐστὶν ἡ ὑπομονή. Ταύτῃ γὰρ ἕκαστος τῶν ἁγίων φέρων τὰ συμβάντα ἐν τῷ βίῳ ἐπίπονα καὶ λυπηρὰ, ἴσχυε κατὰ τοῦ διαβόλου· ἅπερ τὸ Πνεῦμα θέλον ἡμᾶς ἀμφότερα κτᾶσθαι, προστάτ- C τει λέγον ἐν τῷ ψαλμῷ· *Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον.* Ὁ γὰρ ὑπομένων ἀνδρεῖός ἐστι, καὶ ὁ ἀνδρεῖος ὑπομονητικὸς ἂν εἴη. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ διὰ τὸ ὑπομένειν ἐκραταιοῦτο, καὶ διὰ τὸ ἀνδρείως φέρειν τοὺς πόνους ὑπέμεινε, καὶ τὴν γυναῖκα διωθεῖτο, ἐξαπατηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ φθαρεῖσαν τὰ νοήματα. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως ἐστὶ μισητὴς ὁ τῆς κακίας εὑρετὴς, καὶ μό-νον φαινόμενος ζητῶν τίνα ἁρπάσει καὶ καταπιεῖ· διὰ τοῦτο ὃ μὲν ἔστιν αὐτὸς ὑποκρύπτει καὶ σκέπει· ὑποκρινόμενος δὲ τῇ φαντασίᾳ τὴν πᾶσι ποθουμένην ἀλήθειαν, τὸν ἴδιον ἰὸν ἐπιβάλλει τοῖς ἀκολουθήσασιν αὐτῷ. Οὕτω καὶ τὴν Εὔαν ἠπάτησεν, οὐ τὰ ἴδια λα-λῶν, ἀλλ' ὑποκρινόμενος τὰ τοῦ Θεοῦ ῥήματα, καὶ τὴν διάνοιαν αὐτῶν παραποιῶν. Οὕτω καὶ τὴν γυναῖκα D τοῦ Ἰὼβ ὑπέβαλε, πείσας αὐτῇ ὑποκρίνεσθαι φιλαν-δρίαν, διδάξας δὲ βλασφημεῖν εἰς τὸν Θεόν. Οὕτω τοὺς ἀνθρώπους ὁ δόλιος παίζει ταῖς φαντασίαις ὑποκλέπτων καὶ σύρων ἕκαστον εἰς τὸν ἴδιον τῆς κα-κίας βόθρον.

Athanasius. Job itaque decertabat, magnaque tentatio erat; fortior tamen erat athleta tentatione. Instabat tentator, atque atrociter oppugnabat; sed acrior erat qui tentabatur, ac conatus impetusque maligni præ animi magnitudine superabat. Forti-tudinis argumentum est patientia : ea enim sancto-rum quilibet occurrentes in sæculo ferens ærum-nas atque dolores, diabolo prævaluit, quæ ambo cum velit Spiritus sanctus ut obtineamus, præcipit in Psalmo : *Viriliter age et confortetur cor tuum, et sustine Dominum*[31]. Nam qui sustinet is fortis est, qui fortis, is patiens fuerit. Quamobrem beatus Job, quia tolerabat, robustior evasit : et quia viriliter labores sustinebat, uxoremque repellebat a ser-pente deceptam, ac mente corruptam. Cum enim malitiæ auctor, hominum sit osor, ac solum quæ-rat quem rapiat ac devoret, ideo se qui sit occultat ac contegit. Ac simulans in phanthasia illam omni-bus desideratam veritatem, venenum iis qui se-quuntur immittit suum. Ita Evam decepit, non sua loquendo, sed Dei verba simulando, eorumque sententiam depravando. Ita Jobi uxorem immisit, cum suasisset ipsi ut amorem erga maritum præ-ferret ac simularet : ac docuisset eam blasphemare in Deum. Ita homines subdolus ille phantasiis illu-dit, quemque decipiendo ac pertrahendo in profun-dum malitiæ suæ.

Εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν.

Si contra liberos suos non credit, contra ango-los autem suos pravum quidpiam excogitavit[32].

Ἀθανασίου. Ἡ δὲ τῶν γεννητῶν καὶ κτιστῶν φύσις

Athanasii. Genitorum creatorumque natura mu-

[30] Job I, 7. [31] Psal. XXVI, 14. [32] Job IV, 18.

(2) Hæc ad finem usque expressa videntur ex *Epist.* I *ad Serapionem.*

Digitized by Google

tabilis est, utpote quæ sit extra Dei substantiam, atque ex non existantibus exsistat. Quamobrem, *omnis homo mendax* [33]; et, *omnes peccaverunt et Dei gloria privantur* [34]. Diabolus autem, qui in medio cherubinorum erat, ac sigillum similitudinis factus est, excidit e cœlis quasi fulgur [35]. Nosque angelos judicabimus [36], eos nimirum, qui suum non servavere principatum. Et hoc loco : si contra liberos suos non credit, ac simpliciter loquendo, creatæ res ejusmodi naturæ sunt ut mutentur. Sola autem divina natura est immutabilis.

A τρεπτή ἐστι, ἅτε δὴ ἔξωθεν οὖσα τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποστᾶσα. Διὸ *πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης·* καὶ, *πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.* Ὁ δὲ διάβολος, ἐν μέσῳ τῶν χερουβὶμ ὤν, καὶ ἀποσφράγισμα ὁμοιώσεως γενόμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τῶν οὐρανῶν ὡς ἀστραπή. Καὶ ἀγγέλους κρινοῦμεν, τοὺς μὴ τηρήσαντας δηλαδὴ τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν. Καὶ ἐνταῦθα, εἰ κατὰ παιδίων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, καὶ ἁπλῶς τὰ κτίσματα τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν, καὶ τρέπεται. Μόνη δὲ ἡ θεία φύσις ἀναλλοίωτος.

Juxta papyrum, calamum et caricem.

Fortassis per arundinem et papyrum, vilitatem ac paupertatem diaboli adumbrat Scriptura.

Παρὰ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ βούτομον.

Τάχα δὲ διὰ τοῦ καλάμου καὶ τοῦ παπύρου τὴν εὐτέλειαν καὶ τὴν πενίαν τοῦ διαβόλου αἰνίττεται ἡ Γραφή.

Viscera ejus scuta ænea.

Athanasius. Olim multus erat inimicus in fraudibus adversus homines parandis, suisque phantasiis plurimos decipiebat, ejusque fraudes ægre deprehendi poterant; ita ut spiritus de illo diceret : *Quis revelabit faciem indumenti ejus* [37]? et cætera. Neque enim quod erat, idipsum esse apparebat, sed qua forma ad fraudem uti volebat, eam sibi, fictitiam licet, assumebat. Quamobrem multi ab illo decipiebantur : cum autem advenit Salvator, tum omnis fallacia illius propalam facta est. Nam ejus gesta, quæ olim latitabant, per Christi gratiam cognoscuntur : et quibus olim homines fefellerat, iisdem jam ab hominibus proteritur. Fides quippe omni diabolico impetu, et dæmonum furore fortior est.

B *Τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἀσπίδες χαλκεαι.*

Ἀθανάσιος. Πάλαι μὲν οὖν πολὺς ἦν ὁ ἐχθρὸς πανουργευόμενος κατὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ φαντασίαις αὐτοῦ πολλοὺς ἠπάτα, καὶ δυσχερὴς ἦν ἡ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ κατάληψις· ὥστε καὶ τὸ πνεῦμα λέγειν περὶ αὐτοῦ· *Τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύματος αὐτοῦ;* καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐ γὰρ ὅπερ ἦν, τοῦτο καὶ ἐφαίνετο, ἀλλὰ πρὸς ὃ ἐπανουργεύετο, πρὸς τοῦτο καὶ ἐφαντασίου ἑαυτόν. Διὰ τοῦτο καὶ πολλοὶ ἠπατῶντο ὑπ' αὐτοῦ· ὅτε δὲ ἐπεδήμησεν ὁ Σωτὴρ, τότε ἡ πᾶσα φαντασία αὐτοῦ ἐδειγματίσθη· ἃ γὰρ ἠγνοεῖτο πάλαι ποιῶν, ταῦτα τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ γινώσκεται, καὶ ἐν οἷς ἠπάτα πάλαι τοὺς ἀνθρώπους, ἐν τούτοις ὑπ' C αὐτῶν καταπατεῖται. Πάσης γὰρ διαβολικῆς ἐπιθέσεως καὶ μανίας δαιμόνων ἰσχυροτέρα ἡ πίστις.

ADMONITIO IN FRAGMENTA SUBSEQUENTIA IN CAN

—

Expositiones Athanasii in Canticum canticorum memorat Photius his verbis : Πεποίηται δὲ αὐτῷ, φησὶ, καὶ εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν, καὶ εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων ὑπομνήματα, ὥσπερ καὶ εἰς τὸν Ψαλτῆρα, καὶ ἐν ἑτέροις πολλοῖς. Commentaria, *inquit*, edidit in Ecclesiasten, in Canticum canticorum, quemadmodum et in Psalterium et in alia multa. *Hæc porro fragmenta prodeunt ex expositionibus in Cantica editis a Joanne Meursio anno* 1617.

In gregibus amicarum tuarum quasi errabunda [38]. Ille sic eam alloquitur : Nosce teipsam prius, ut me quoque cognoscere possis. Si te nosse non possis : si non noveris, neque scias teipsam, egredere tu ad calcanea et vestigia, et pasce capellas tuas, ac nutries peccata virtutum loco. *In tabernaculis pastorum* [39], in concupiscentiis adversariarum potestatum, quæ te pascunt.

D *Ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου ὡς ῥεμβομένη.*

Αὐτὸς πρὸς αὐτήν· Γνῶθι σεαυτὴν πρῶτον, ἵνα καὶ ἐμὲ γνῶναι δυνηθῇς. Ἐὰν μὴ γνῷς ἑαυτήν· εἰ οὐκ ἔγνως· εἰ μὴ οἶδας, ἔξελθε σὺ ἐν πτέρναις κατ' ἴχνη, καὶ ποίμαινε τὰς ἐρίφους σου· καὶ θρέψῃς ἁμαρτίας ἀντὶ ἀρετῶν. *Ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων·* ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν ἐναντίων δυνάμεων τῶν ποιμαινόντων σε.

Vocavi eum, nec respondit mihi. Surgam et circuibo civitatem [40].

Athanasius. Legem legam, prophetas legam; investigabo Evangelia. Hæc autem ait divino amore compuncta : *In lecto meo in noctibus* [41]. Lectum

Ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ (3) *μου. Ἀναστήσομαι καὶ κυκλώσω ἐν τῇ πόλει.*

Ἀθανασίου. Ἀναγνώσομαι τὸν νόμον, ἀναγνώσομαι τοὺς προφήτας, ἐρευνήσω τὰ Εὐαγγέλια. Ταῦτα δὲ κατανυγεῖσα τῷ θείῳ πόθῳ φησί· *Ἐπὶ κοίτην μου*

[33] Psal. cxv, 2. [34] Rom. III, 23. [35] Luc. x, 18. [36] I Cor. VI, 3. [37] Job XLI, 4. [38] Cant. I, 6. [39] ibid. 7. [40] Cant. III, 1, 2. [41] ibid. 1.

(3) De significatione vocis ὑπακούω jam superius actum fuit et agetur in *Onomastico*

Digitized by Google

ἐν νυξίν. Κοίτην ὀνομάζει τὴν τελειοτέραν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν, καὶ νύκτα λέγει τὸν τῆς κοίτης καιρόν. Διὰ δὲ τοῦ ὀνόματος τῆς νυκτὸς ἐνδείκνυται τῶν ἀοράτων τὴν θεωρίαν, καθ' ὁμοιότητα Μωϋσέως, τοῦ ἐν τῷ γνόφῳ γεγονότος ἐν ᾧ ἦν ὁ Θεός.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θὺ γὰρ ᾔδειν τίς ἦν ὁ τρώσας με. Θεογνωσίαν μοι κοιμωμένῃ ἐνέσπειρεν ὁ Λόγος. Ταχέως διαναστᾶσα, ζητῶ τὸν τρώσαντα, καὶ παρακαλῶ αὐτῷ ὀφθῆναί μοι, καὶ περιέρχομαι ζητοῦσα τὸν ἀδελφιδοῦν μου.

Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε, θυγατέρες Σιὼν, ἐν τῷ βασιλεῖ Σαλομών.

Ἰουδαίους ἐντρέπει λέγουσα, Ἐξέλθετε, ἀντὶ τοῦ, Ἕως πότε τῇ σκιᾷ παρακάθησθε; ἰδοὺ γὰρ ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος, ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἰερουσαλήμ. Τὸ στερεὸν τῶν λογισμῶν, ἢ οἱ ἐσωτέρω λίθοι ἅγιοι. *Ἐν τῷ στεφάνῳ, ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ.* Ἔθηκας γάρ, φησὶ, *ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου.*

Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ.

Πνεῦσόν μοι, ὦ Λόγε, καὶ δίδαξόν με τὰ λόγιά σου, καὶ τὰ προστάγματά σου κατάγραψον ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας μου. Ἑτοίμη γέγονα λοιπόν· δύναμαι, τῇ σῇ χάριτι βοηθουμένη, καὶ κυβερνωμένη τῇ ἀοράτῳ σου καὶ παντοδυνάμῳ χειρὶ, καὶ λόγων ἀκοῦσαι θείων, καὶ μυστηρίων μέτοχος γενέσθαι.

A vocat perfectiorem boni participationem; noctem vero dicit lecti tempus. Nomine porro noctis, indicat invisibilium rerum contemplationem, ad similitudinem Moysis, qui in caligine fuit, in qua versabatur Deus.

Ejusdem.

Ignorabam enim quis esset qui me vulnerasset. Mihi decumbenti Dei cognitionem indidit Verbum. Ac protinus surgens quæro eum qui me vulneravit, rogoque illum ut coram me se sistat, ac circumeo quærens patruelem meum.

Egredimini et videte, filiæ Sion, regem Salomonem [42].

Judæos pudore afficit dicendo *Egredimini*, quasi diceret: Quousque in umbra sedetis? ecce enim B ex Juda Dominus ortus est, charitatem a filiabus Jerusalem. Cogitationum firmitas, aut interiores sancti lapides. *In corona qua coronavit eum mater sua* [43]. *Posuisti* enim, ait, *super caput ejus coronam de lapide pretioso* [44].

Descendat patruelis meus in hortum suum [45].

Affla me, o Verbum, et doce me eloquia tua, ac præcepta tua conscribe in tabula cordis mei. Parata jam sum: possum, tua auxiliante gratia, tua invisibili et omnipotente gubernante manu, et verba audire divina, et mysteriorum esse particeps.

—

APPENDIX AD FRAGMENTA IN CANTICA.

—

ADMONITIO.

Homilia subsequens, otiosi et imperiti hominis opusculum, ex codice ms. bibliothecæ Ambrosianæ num. 55, *prodit: eo tempore, ut æstimare licet, editum, quo Manichæi in Oriente turbas dabant, quod præsertim octavo, nono et decimo sæculo contigit: nam scriptor iste Manichæos, ut tunc vigentes commemorat. Jerosolymam vero adiisse se testificatur, ubi locum Christi suspendio consecratum ad septentrionem Jerosolymorum situm affirmat. Hasce quales quales merces tibi, lector erudite, sistimus: quia, etsi supposititiæ, suo fructu non vacant, ut pluribus est a nobis alias comprobatum.*

Τοῦ αὐτοῦ Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων.

C *Ejusdem S. Athanasii archiepiscopi Alexandriæ in Canticum canticorum.*

1. Ποθητοὶ οἱ λόγοι καὶ ἐράσμιοι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνάγοντες, καὶ πτεροποιοῦντες τοὺς πιστούς. Πτεροποιοῦσι γὰρ ἀληθῶς αἱ θεῖαι Γραφαὶ τοὺς πιστοὺς τῷ πόθῳ τῶν οὐρανίων. Τοῦτον γὰρ τὸν πόθον ἔχων εἴς τις τῶν ἁγίων ἔλεγε· *Τίς δώῃ μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι, καὶ καταπαύσω;* Ὁ πόθος τῶν οὐρανίων αὐτὸν εἶλκε, καὶ ἐπτεροποιεῖτο αὐτὸν τῶν ἁγίων ὁ νοῦς, ἐπιλανθανομένων τῶν γηΐνων καὶ τῶν ἐπουρανίων μεριμνώντων. Τὸν γὰρ νοῦν ἑαυτῶν δόντες εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ποθοῦντες τὰ οὐράνια, ἐπελανθάνοντο τῶν γηΐνων. Τοῦτον γὰρ τὸν πόθον ἔχων καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἔλε-

1. Desiderabiles sermones, amabiles atque in cœlum adducentes, alas quoque fidelibus addentes. Divinæ quippe Scripturæ fideles ex cœlestium rerum desiderio revera alis instruunt. Quo desiderio motus sanctorum quispiam dicebat: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo et requiescam* [46]? Trahebat ipsum cœlestium rerum desiderium, alas eidem addebat mens illa sanctorum, qui terrenorum obliviscuntur, atque unam cœlestium gerunt sollicitudinem. Cum enim ipsi sanctimentem totam cœlo dedissent, et cœlestium duntaxat cupidine tenerentur, veniebant in terrenarum

[42] Cant. III, 11. [43] ibid. [44] Psal. XX, 4. [45] Cant. VI, 1. [46] Psal. LIV, 7.

Digitized by Google

rerum oblivionem. Hoc item desiderio motus Paulus apostolus dicebat : *Ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis* [47]. Viden' sanctos alis instructos? Nam alas addunt revera sermones hujusmodi. Quorum namque mens non accepit alas, audita hujusmodi lectione? Vide mihi, quæso, beatæ illius animæ desiderium quæ ait : *Surge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum, et fluant aromata mea* [48]. Vide mihi, quæso, fiduciam beatæ illius animæ, quanta confidentia ad sui exercitationem tentationes provocet. *Surge*, inquit, *aquilo, et veni, auster*, ac si diceret : Ego firmatus sum supra petram, accedant venti et impingant in me, alter ex illa, alter ex alia parte : neminem ego formido, petram habeo me sustinentem et portantem : domum quippe meam supra petram ædificavi, accedentibusque ventis nihil extimui. Nosse vis quæ sit petra illa, in qua stabat beata hujusmodi anima? audi quomodo eam interpretatur Paulus dicens : *Petra autem erat Christus* [49]. Super hanc petram consistens nihil reformidat, imo etiam diabolum ab aquilone venientem non pertimescit, nec magis illum qui venit ab austro. Quando in petra fundatus sum in ipsaque consisto, nihil sane metuo : quamvis mortem interminetur, non paveo, nec metuo persecutionem. Paratus sum ad confitendum : non timeo famem, quia Verbum adest mihi quod vires addat : nam dico perinde atque B. Paulus : *Omnia possum in eo, qui me confortat, Christo* [50]. Si mihi tribulatio accidat, ipsam sustineo; persecutio si veniat, martyrium subeo; si fames eveniat, Verbum adest quod mihi cibum subministret; si gladius accedat, adest ille qui plusquam omnis gladius anceps penetrat usque ad compagines et medullas; si voluptas carnis accidat mihi, gladio ancipiti ipsam reseco, et abjicio ac meipsum castro, non admoto gladio, ut quidam homines; sed, ut dixit Dominus : *Sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum* [51]. Siquidem homines alios homines castrant non propter regnum cœlorum, sed propter regnum mulierum suarum, ut scilicet eas custodiant : itemque superbiæ causa id agunt. Vis scire qui sint ii qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum? Joseph propter regnum cœlorum sese castravit; D cum enim a domina sua in cubiculo teneretur, nemoque adesset, illa vim inferente ut lasciviem suam satiaret, ipse sese castravit, ejus scilicet voluntati non obtemperando.

2. Idipsum quoque beata Susanna fecit, cum sola in horto deprehensa fuit a duobus senioribus, adulterio cum illa misceri conantibus (improbi senes ac Domino perosi), de quibus Salomon dicebat, imo potius Dominus per Salomonem : *Tres species hominum odit anima mea, senem adulterum, pauperem superbum et divitem mendacem* [52]. Viden'

A γε· *Κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως.* Ὁρᾷς τοὺς ἁγίους πτεροποιουμένους; Πτεροποιοῦσι γὰρ αὐτοὺς ἀληθῶς οἱ λόγοι οὗτοι. Τίνων γὰρ οὐκ ἐπτεροποιήθη ὁ νοῦς ἀκηκοότων τοῦ ἀναγνώσματος; Ἰδὲ γὰρ τὸν πόθον τῆς μακαρίας ψυχῆς ταύτης λεγούσης· *Ἐξεγέρθητι, βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου.* Ἰδὲ τὴν πεποίθησιν τῆς μακαρίας ταύτης ψυχῆς, πῶς θαῤῥοῦσα ἑαυτῇ ἐκκαλεῖται τοὺς πειρασμοὺς πρὸς δοκιμασίαν ἑαυτῆς. *Ἐξεγέρθητι*, λέγει, *βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε.* Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐγὼ ἑστήριγμαι ἐπὶ τὴν πέτραν, ἐρχέσθωσαν οἱ ἄνεμοι καὶ προσβαλλέτωσάν μοι, ὁ μὲν εἷς ἐν τούτῳ τῷ μέρει, καὶ ὁ ἄλλος ἐν τῷ ἄλλῳ μέρει· ἐγὼ οὐ φοβοῦμαι οὐδένα· ἔχω τὴν πέτραν τὴν βαστάζουσάν B με· τὴν γὰρ οἰκίαν μου ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδόμησα, καὶ ἐν τῷ ἐλθεῖν τοὺς ἀνέμους οὐκ ἐφοβήθην. Θέλεις δὲ γνῶναι τίς ἐστιν ἡ πέτρα, ἐφ' ἧς ἕστηκεν αὐτὴ ἡ μακαρία ψυχή; ἄκουε τοῦ Παύλου πῶς ἑρμηνεύει αὐτὴν καὶ λέγει· *Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.* Ἐπὶ ταύτης τῆς πέτρας στήκουσα οὐ πτοεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ βορρᾶ ἐρχόμενον διάβολον οὐ φοβεῖται, οὐδὲ πάλιν τὸν ἐκ νότου. Ὅσον γὰρ τεθεμελίωμαι καὶ ἕστηκα ἐπὶ τὴν πέτραν, οὐδὲν φοβοῦμαι· κἂν ἀπειλῇ μοι θάνατον, οὐ πτοοῦμαι, οὐ φοβοῦμαι διωγμόν. Ἕτοιμός εἰμι τοῦ ὁμολογῆσαι· οὐ φοβοῦμαι λιμόν, ἔχων τὸν ἐνδυναμοῦντά με Λόγον· καὶ λέγω κἀγὼ κατὰ τὸν μακαριώτατον Παῦλον· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με, Χριστῷ.* Θλῖψις μοι ἐὰν ἔλθῃ, ὑπομένω αὐτήν· διωγμὸς ἐὰν ἔλθῃ μοι, μαρτυρῶ· λιμὸς C ἐὰν ἔλθῃ μοι, ἔχω τὸν τρέφοντά με Λόγον· μάχαιρα ἐὰν ἔλθῃ, ἔχω τὸν ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον τὸν διικνούμενον μέχρις ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν· ἡδονὴ σαρκὸς ἐὰν ἔλθῃ μοι, τῇ διστόμῳ μαχαίρᾳ ἀποτέμνω αὐτήν, καὶ ἀποβάλλω καὶ εὐνουχίζω ἐμαυτόν· οὐ μάχαιραν ἐπιβάλλων, καθάπερ τινὲς τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσιν, ἀλλά, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι *Εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἀνθρώπους εὐνουχίζουσιν οὐ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν γυναικῶν ἑαυτῶν καὶ διὰ τήρησιν, καὶ διὰ ὑπερηφανίαν. Θέλεις δὲ ἀκοῦσαι τίνες εἰσὶν οἱ εὐνουχίσαντες ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; ἰδοὺ Ἰωσὴφ διὰ τὴν βασι- D λείαν τῶν οὐρανῶν εὐνούχισεν ἑαυτόν· κρατηθεὶς γὰρ ὑπὸ τῆς δεσποίνης εἰς τὸν κοιτῶνα, καὶ μηδενὸς ὄντος ἐν τῷ τόπῳ, κἀκείνης ἀναγκαζούσης τοῦ τελέσαι τὴν ἑαυτῆς ῥαθυμίαν, αὐτὸς εὐνούχισε μὴ συγκαταθέμενος αὐτῇ.

2. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ μακαρία Σουσάννα πεποίηκεν, εὑρεθεῖσα μόνη ἐν τῷ παραδείσῳ· κατασχόντες γὰρ αὐτὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι, θέλοντες μοιχευθῆναι αὐτὴν, παράνομοι γέροντες οἱ μισητοὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ· τούτοις δὲ καὶ Σολομὼν ἔλεγεν, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος διὰ Σολομῶντος, ὅτι *Τρία εἴδη ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου, γέροντα μοιχὸν, καὶ πτωχὸν ὑπερήφανον,*

[47] Philip. III, 14. [48] Cant. IV, 16. [49] I Cor. X, 4. [50] Philipp. IV, 13. [51] Matth. XIX, 12. [52] Eccli. XXV, 4.

Digitized by Google

καὶ πλούσιον ψεύστην· ὁρᾷς, ὅτι μισητοὶ ὄντως παρὰ τῷ Κυρίῳ ἐκεῖνοι οἱ γέροντες; ὅτε οὖν ἐπανέστησαν τῇ μακαρίᾳ Σουσάννῃ, μηδενὸς ὑπάρχοντος ἐν τῷ τόπῳ, θέλοντες τὴν ῥᾳθυμίαν ἑαυτῶν ἐκτελέσαι, αὕτη, συμβουλευσαμένη ἐν ἑαυτῇ τῷ λογισμῷ, εὐνούχισεν ἑαυτὴν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἄνθρωπον τηρῆσαι οὐ δύναται· οὐδὲ μήτηρ θυγατέρα ἑαυτῆς, οὐδὲ παιδίσκη κυρίαν, ἐὰν μὴ ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς φύλαξ γένηται τοῦ ἀνθρώπου. Διὰ τοῦτο, ὦ ἄνερ, εὐνουχίσας σεαυτὸν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ σὺ, ὦ γύναι, ἔτι ἀσφαλέστερον νοήσασα τὸ ῥητὸν, ἐπισκεψαμένη, δοκίμασον σεαυτὴν λέγουσα τό· Ἐξεγέρθητι, βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε· διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου. Ὅτε γὰρ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν ἐσταυρώθη, ὅτε ὁ ἥλιος ἐσκότασεν, καὶ ἡ γῆ ἐσείετο, ὅτε αἱ πέτραι ἐσχίζοντο, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνοίγοντο· φόβος συνεῖχε τότε τοὺς μαθητὰς, μὴ εἰδότας τό· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης· τότε οἱ μαθηταὶ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων ὁμοθυμαδὸν ἦσαν εἰς κέλλιον κρυπτόμενοι. Μὴ παρὼν δὲ ἐνταῦθα Ἰουδαῖος χλευαζέτω, μηδὲ ἀκούων Ἕλλην γελάτω. Ἐν τούτῳ γὰρ τὴν ἐλπίδα ἔχομεν· διὰ τοῦτο καὶ παῤῥησιαζόμενος λαλῶ. Οὗτος γὰρ ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, αὐτός ἐστιν ἡ σωτηρία ἡμῶν· ἡ γὰρ τούτου σταύρωσις κάθαρσις ἁμαρτιῶν ἦν. Καὶ ἦν θέαμα μέγα τότε γινόμενον, ὅτι, τοῦ σώματος σταυρουμένου, ἡ ἁμαρτία ἔπιπτεν. Εἰ μὴ γὰρ ἦν οὗτος ἐσταυρωμένος ἄχρι τοῦ νῦν, εἴλομεν τοὺς μώλωπας καὶ τὰς ἀσθενείας ἐν τῷ σώματι. Καὶ θεωρῶν ἡμῶν ὁ διάβολος τὸ ἀσθενὲς κατεγαυρία ἡμῶν ἐπανιστάμενος καθ' ἡμῶν. Εἶπε γὰρ ὁ ἐχθρός· Διώξας καταλήψομαι. Διὰ τοῦτο ὁ Κύριος, κατελθὼν, πρὸς οὐδένα ἦλθεν εἰ μὴ πρὸς τὸν διάβολον· ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ διδοὺς ἡμῖν τὰ τραύματα, καὶ διαφθείρας ἡμᾶς ἐν ταῖς ἀσθενείαις. Διὰ τοῦτό φησι ὁ Κύριος λέγων· Ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σέ, τὸ ὄρος τὸ διεφθαρμένον, τὸ διαφθεῖρον πᾶσαν τὴν γῆν. Διὰ τοῦτο οὖν φησι· Μὴ γελάτω Ἰουδαῖος, τῶν μαθητῶν κρυπτομένων, καὶ τοῦ σώματος σταυρουμένου. Τοῦ γὰρ σώματος κινουμένου ἐν τῷ σταυρῷ, ὁ Λόγος ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην· καὶ οἱ θυρωροὶ τοῦ ᾅδου βλέποντες ἔπτησσον· τότε αἱ γυναῖκες παρεκάθηντο τῷ σώματι ἐν τῷ μνημείῳ κλαίουσαι.

A quam odiosi apud Dominum senes illi? Cum itaque beatæ Susannæ imminerent, nemine tum in loco præsente, suæ satiandæ libidinis percupidi; ipsa consilio apud semetipsam habito, sese castravit propter regnum cœlorum. Homo quippe non potest hominem custodire, neque mater filiam, neque ancilla dominam, nisi pia cogitatio custos hominis adfuerit. Ideoque, homo, quisquis sis, qui teipsum castrasti propter regnum cœlorum : et tu, mulier, tecum habita illius sententiæ ratione, teipsam examines et dicas : *Surge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum, et fluant aromata mea.* Cum enim Dominus et Salvator noster crucifixus est, cum sol obnubilatus est, terraque tremuit, cum petræ scinderentur, sepulcra aperirentur, tum formido discipulos occupavit, ignaros illius sententiæ, *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis* [53] : tum discipuli propter metum Judæorum unanimiter erant in conclavi absconditi. Ne quis Judæus istic præsens irrideat, neu quis Græcus hæc audiens cachinnos effundat. In hoc uno spem habemus, quapropter cum fiducia loquor. Hic enim qui pendet in ligno, ipse est salus nostra; nam supplicium crucis quod subiit, purgatio peccatorum nostrorum erat. Fuitque tunc spectaculum grande, quod crucifixo corpore, peccatum caderet. Nisi enim crucifixus esset, plagis vibicibusque in corpore atque infirmitatibus afficeremur. Conspecta namque diabolus imbecillitate nostra, adversum nos superbiebat, imminebatque nobis : nam *Dixit inimicus : Persequar et comprehendam* [54]. Quamobrem cum descendisset Dominus, neminem adversus adiit, nisi diabolum : ille enim erat qui vulnera nobis inflixerat, nosque corruperat in infirmitatibus nostris. Quapropter ait Dominus : *Ecce ego ad te, mons corrupte, qui corrumpis universam terram* [55]. Ideo inquit, Ne rideat Judæus, discipulis latentibus, atque corpore crucifixo. Cum enim corpus in cruce penderet, Verbum spoliavit infernum, ac infernales ostiarii illo conspecto exhorruerunt : quo tempore mulieres corpori astabant, in monumento lacrymantes.

3. Τότε οἱ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου ἔσω ἐν τῷ κελλίῳ κρυπτόμενοι λεγέτωσαν. Ἐξεγέρθητι, βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε. διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου. Τὸ μὲν σῶμα τὸ ἐν τῷ βορρᾷ κείμενον ἐξεγειρέσθω, ὁ δὲ Λόγος ἐκ τοῦ νότου ἐρχέσθω. Ἆρ' οὖν ἐν τῷ βορρᾷ ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου; Καὶ γεγόναμεν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἐν ᾧ ἦν σταυρωθεὶς ὁ Κύριος, καὶ ἦν ἐκ βορρᾶ τῆς Ἱερουσαλήμ. Διὰ τοῦτο ὁ Δαυὶδ παρατετηρημένως ἔλεγεν· Ὄρη Σιὼν, τὰ πλευρὰ τοῦ βορρᾶ, ἡ πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ὅτε γεγόναμεν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, καὶ ἤμεν ἑστῶτες ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ προσευ-

3. Tunc dicant discipuli Domini in conclavi latentes : *Surge, aquilo, et veni, auster : perfla hortum meum, et fluant aromata mea.* Corpus quidem ex parte aquilonis jacens exsurgat, Verbum vero ex austro veniat. Num ad aquilonem jacuit corpus Domini? Nos certe in loco fuimus, in quo crucifixus est Dominus, eratque ab aquilone Hierosolymæ. Idcirco David caute et consideranter ait : *Montes Sion, latera aquilonis, civitas regis magni* [56]. Ideoque nos quando locum adiimus ubi crucifixus est Christus, cum stantes versus orientem precaremur, eumdem locum in quo Dominus cruci fuerat affixus, ad aquilonem esse deprehendimus.

[53] Matth. XXVI, 31. [54] Exod. XV, 9. [55] Jerem. LI, 25. [56] Psal. XLVII, 3.

Digitized by Google

Idcirco discipuli, ut dictum est, in conclavi intus latentes, dicant, *Surge, aquilo, et veni, auster, excitare cum aquilone*, id est, ex austro ad corpus accede. Idipsum enim in prophetis scriptum est : *Deus ex Theman veniet* [57]. Postquam triduo ad aquilonem corpus jacuisset, venit Servator ab austro, et accipit corpus quod in aquilone jacebat; discipulosque quo loco considebant adit. Tunc demum intrante Jesu, flatu repletus hortus fuit, et fluxerunt aromata. Tunc discipuli Domino dixerint : O Domine, cum tu cruci affixus es et infernum spoliasti, nos in cella eramus unanimiter congregati lucemque tuam quærentes; lux vero nobis præsentia tua est; qua privati, magnis in tenebris versabamur; atque hæc tunc adversum nos proferebantur : *Anima eorum in malis tabescebat* [58]. In malis namque tunc constituti, te non videbamus; nunc autem conspicati aquilonem surrexisse venisseque austrum, hortum flatu repletum esse, et aromata fluxisse vidimus.

4. Tunc accedat Thomas ad considerandum corpus, videatque vestigia clavorum, ac dicat : Hortus flatu auraque repletus est, et fluxerunt aromata. Aromata porro nostra sunt incorruptio, quam corpus induit : ideo quippe Paulus ait : *Oportet incorruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* [59]. Quandonam corpus induit incorruptionem, nisi quando Verbum requievit in ipso; scilicet quando Salvator resurrexit, et cum mulieres accesserunt ut ipsum contingerent, ait illis : *Ne me tangite, nondum enim ascendi ad Patrem meum?* Quocirca si teipsum castrasti, tu, o homo, sive tu, o mulier, audite desiderium beatæ illius animæ, quomodo Verbi cupidine accensa dicat: *Descendat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum* [60]. At enim tunc hortatur Verbum ut veniat in hortum, et comedat fructum pomorum suorum. Hortum æstimo esse mundum, in quem hortatur ipsum ut descendat et comedat fructum pomorum suorum. Poma autem sunt homines; fructus vero pomorum, opera legis, ad quem comedendum fructum rogabat ut descenderet. Ita quoque nos, si fructus legis paratos habeamus quos offeramus Domino, ipsum Verbum rogemus ut descendat et comedat fructum pomorum suorum; ipsius enim poma atque opificia sumus creati ad opera bona.

5. Quapropter rogemus ipsum. Quo pacto rogabimus? Per supplicationes et orationes, non ore clamando, sed cogitatione in nobis ipsis precando. Quid enim clamosa precaris voce, ac si dormiat Deus? Nam *ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel* [61]. Idipsum enim ait Jeremias : *Vigilavit super impietates meas* [62]. Idem Esaias locu-

A χόμενοι, καὶ ἦν βορεινὸς ὁ τόπος ὅπου ἦν σταυρωθεὶς ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο οὖν οἱ μαθηταὶ ἐν τῷ κελλίῳ ἔσω κρυπτόμενοι λεγέτωσαν· *Ἐξεγέρθητι, βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, ἐξεγέρθητι σὺν βορρᾷ*, τουτέστιν, ἐκ τοῦ νότου εἰς τὸ σῶμα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς προφήταις γέγραπται, ὅτι *Ὁ Θεὸς ἐκ Θεμὰν ἥξει.* Τριημέρου δὲ κειμένου τοῦ σώματος ἐν τῷ βορρᾷ, ἔρχεται ὁ Σωτὴρ ἐκ τοῦ νότου, καὶ λαμβάνει τὸ σῶμα τὸ ἐν τῷ βορρᾷ κείμενον, καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἦσαν. Τότε λοιπὸν, εἰσελθόντος τοῦ Ἰησοῦ, ἔπνευσεν ὁ κῆπος, καὶ ἔῤῥευσαν τὰ ἀρώματα. Τότε λεγέτωσαν οἱ μαθηταὶ τῷ Κυρίῳ· *Ὦ Κύριε, ὅτε σὺ ἐσταυρώθης, καὶ ἐσκύλευες τὸν ᾅδην, ἡμεῖς ἦμεν ἐν κελλίῳ ὁμοθυμαδὸν συνερχόμενοι* καὶ ζητοῦντες τὸ παρὰ σοῦ φῶς· φῶς δὲ ἡμῖν ἡ σὴ B παρουσία. Μὴ βλέποντες δὲ τὴν σὴν παρουσίαν, ἦμεν ἐν σκότει πολλῷ συνεχόμενοι· καὶ ἐλέγετο καθ' ἡμῶν τοῦτο, ὅτι, *Ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κακοῖς ἐτήκετο.* Ἐν κακοῖς γὰρ ἦμεν τότε, οὐκ ἐβλέπομέν σε· νῦν δὲ ὅτε εἴδομεν, ὅτι ἐξεγέρθη ὁ βορρᾶς καὶ ἦλθεν ὁ νότος, τότε ἔπνευσεν ὁ κῆπος, καὶ ἔῤῥευσαν τὰ ἀρώματα.

4. Τότε προσερχέσθω ὁ Θωμᾶς κατανοῆσαι τὸ σῶμα, καὶ ἰδεῖν τοὺς τύπους τῶν ἥλων, καὶ ἐν τῷ κατανοῆσαι αὐτὸν καὶ ἰδεῖν τοὺς τύπους τῶν ἥλων λεγέτω· Ἔπνευσεν ὁ κῆπος, καὶ ἔῤῥευσαν τὰ ἀρώματα. Ἀρώματα δὲ ἡμῶν ἡ ἀφθαρσία τοῦ σώματος, ἣν ἐνεδύσατο. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.* Πότε δὲ ἐνεδύσατο τὸ σῶμα τὴν ἀφθαρσίαν εἰ μὴ διὰ τῆς ἀνα- C παύσεως τοῦ Λόγου; ἀμέλει γε ὅτε ἀνέστη ὁ Σωτὴρ, καὶ ἦλθον αἱ γυναῖκες ἅψασθαι αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐταῖς· *Μή μου ἅπτεσθε· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου.* Διὰ τοῦτο, εἰ εὐνούχισας σεαυτὸν, ὦ ἄνερ, καὶ σὺ, ὦ γῦναι, ἀκούσατε τὸν πόθον τῆς μακαρίας ταύτης ψυχῆς, πῶς ποθοῦσα τοῦ Λόγου λέγει· *Καταβήτω ἀδελφιδές μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ.* Τότε μὲν γὰρ παρεκάλει τὸν Λόγον καταβῆναι εἰς τὸν κῆπον καὶ φαγεῖν καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ· πρὸς μὲν γὰρ τὸν κῆπον τὸν κόσμον εἶναι, ἐφ' ὃν παρεκάλει αὐτὸν καταβῆναι καὶ φαγεῖν καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ· τὰ δὲ ἀκρόδρυα εἶναι τοὺς ἀνθρώπους· τὸν δὲ καρπὸν εἶναι τῶν ἀκροδρύων τὰς πράξεις τοῦ νόμου· ὃν παρεκά- D λει αὐτὸν καταβῆναι καὶ φαγεῖν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς εἰ ἔχομεν ἑτοίμους τοῦ νόμου ἀποδοῦναι τοὺς καρποὺς τῷ Κυρίῳ, παρακαλῶμεν καὶ ἡμεῖς τὸν Λόγον καταβῆναι καὶ φαγεῖν τὸν καρπὸν τῶν ἀκροδρύων αὐτοῦ· αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ἀκρόδρυα καὶ ποιήματα κτισθέντες ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς.

5. Διὰ τοῦτο καὶ παρακαλωμεν αὐτόν. Πῶς δὲ αὐτὸν παρακαλοῦμεν; Διὰ δεήσεων καὶ προσευχῶν, οὐχ ἵνα τῷ στόματι κράζωμεν, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ ἐν ἑαυτοῖς εὐχόμενοι. Τί γὰρ εὐχόμενος κράζεις, ὡς τοῦ Θεοῦ κοιμωμένου; *Ἰδοὺ γὰρ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ.* Τοῦτο δὲ καὶ Ἱερεμίας ἔλεγεν· *Ἐγρηγόρησεν ἐπὶ τὰ ἀσεβήματά*

[57] Habac. III, 3. [58] Psal. CVI, 26. [59] I Cor. XV, 53. [60] Cant. V, 1. [61] Psal. CXX, 4. [62] Thren. I, 14.

Digitized by Google

μου· τοῦτο δὲ καὶ Ἡσαΐας ἔλεγεν· *Ἔτι σου λαλοῦντος ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι.* Οὐ γὰρ ἀναμένει ὁ Θεὸς τοὺς ἐκ τῶν χειλέων λόγους. Ἀμέλει γε ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἔλεγεν, ὅτι *Οἶδεν ὁ Θεὸς ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν.* Διὰ τοῦτο μὴ ὡς ἐξ ἔργου εὐχόμενοι κράζωμεν· ἀλλ' εἰ καὶ τῷ στόματι εὔχῃ, εὔχου καὶ τῷ νοΐ· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ.* *Ἐκ βαθέων* γάρ, φησὶ, *ἐκέκραξά σοι, Κύριε.* Διὰ τοῦτο καὶ ἡ γυνὴ ἐν ταῖς Βασιλείαις ὅτε ηὔχετο κράζουσα, ὁ ἱερεὺς ἐφίμωσε τὸ στόμα αὐτῆς, ἠγησάμενος αὐτὴν, ὅτι ἐμέθυεν· καὶ ὅμως ἐκείνη, τῷ νοΐ εὐχομένη, καὶ εἰσηκούσθη, καὶ ἔτεκε τὸν Σαμουήλ. Διὰ τοῦτο καὶ σὺ τί εὐχόμενος κράζεις, ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ ἀκούοντος; Ἄκουε τοῦ λέγοντος, ὅτι *Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐχὶ ἀκούει;* Εἰ μὲν γὰρ σὺ ἔχων ὦτα ἀκούεις, πόσῳ μᾶλλον ὁ ποιητὴς ὤτων; Διὰ τοῦτο παρὰ Κυρίῳ μὴ εὐχόμενοι κράζωμεν, ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ ἀκούοντος· καὶ γὰρ σιωπώντων ὁ Θεὸς ἀκούει. Θεωρεῖς γὰρ τὸν πόθον τὸν ἐν ταύτῃ τῇ μακαρίᾳ ψυχῇ, πῶς, παρακαλούσης αὐτῆς καὶ λεγούσης· *Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ·* πῶς εὐθέως λέγει ὁ Λόγος· *Εἰσῆλθον εἰς κῆπόν μου, ἀδελφή μου νύμφη;* ὡς οὐδὲν ταχύτερον· ἔτι γὰρ αὐτῆς λαλούσης, εὐθέως ὑπήκουσε· Θεωρεῖς τὸ γεγραμμένον· *Ὅτι καὶ ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, Ἰδοὺ πάρειμι;* Ἅμα γὰρ ἐν τῷ αὐτὴν παρακαλεῖν καὶ λέγειν· *Καταβήθι, ὦ Λόγε, εἰς τὸν κῆπόν σου, καὶ φάγε τὸν καρπὸν τῶν ἀκροδρύων σου,* εὐθέως ὑπήκουσεν αὐτῇ λέγων· *Εἰσῆλθον εἰς τὸν κῆπόν μου, ἀδελφή μου νύμφη.*

6. Διὰ τί δὲ καὶ νύμφην καὶ ἀδελφὴν αὐτὴν ὀνομάζει; Πᾶς γὰρ νυμφίος οὐκ ὀνομάζει τὴν νύμφην αὐτοῦ ἀδελφήν· ὧδε δὲ καὶ ἀδελφὴν καὶ νύμφην αὐτὴν ὀνομάζει, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ θάλαμος ἐπαδόμενος σαρκός. Ὅταν μὲν γὰρ ὀνομάζει αὐτὴν νύμφην, διὰ τὸν Λόγον, τὸν μνηστευθέντα τὴν ψυχήν. Τοῦτο γὰρ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.* Ὅταν δὲ καὶ ἀδελφὴν αὐτὴν ὀνομάζει, διὰ τὴν σάρκα ἣν ἐφόρεσε. Τοῦτο γὰρ εἷς τῶν προφητῶν σημαίνων περὶ αὐτοῦ ἔλεγεν· *Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου.* Διὰ τοῦτο μηδεὶς νομιζέτω σαρκικοὺς εἶναι τοὺς λόγους τούτους. Ὅτε μὲν γὰρ παρεκάλει αὐτὸν ἡ μακαρία αὕτη ψυχὴ λέγουσα· *Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ,* ὅταν μὲν γὰρ ἀκούσῃ ψυχὴν, μὴ μίαν ψυχὴν ὑπολάμβανε, ἀλλ' ὅλον τὸν κόσμον. Διὰ τοῦτο τοίνυν παρακαλοῦμεν αὐτὸν λέγοντες· *Κατάβηθι, ὦ Λόγε, εἰς τὸν κῆπόν σου, καὶ φάγε τὸν καρπὸν τῶν ἀκροδρύων σου·* καὶ εὐθέως αὐτὸς ἐπήκουσεν· *Εἰσῆλθον εἰς κῆπόν μου, ἀδελφή μου νύμφη· ἐτρύγησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου.* Πότερον παρεκάλεσάς με καταβῆναι καὶ φαγεῖν τοὺς καρπούς; Ἰδοὺ κατεβέβηκα· δός μοι τοὺς καρπούς. Ὁ μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων λόγος εὐ

tus est : *Adhuc te loquente, dicam : Ecce adsum* [63]. Non enim Deus exspectat verba labiis prolata. Et sane Salvator in Evangelio ait : *Scit Deus quorum opus habeatis antequam petatis ab ipso* [64]. Ideo ne quasi perfunctorie clamemus in precando ; sed, si ore precaris, precare et mente. Id enim et Paulus aiebat : *Psallam spiritu, psallam et mente* [65]. *De profundis,* inquit alius, *clamavi ad te, Domine* [66]. Quamobrem et mulier in libris Regum, cum clamando precaretur, sacerdos ipsam coercuit, ratus ebriam esse [67] ; et tamen illa cum mente precaretur, optatum consecuta, Samuelem peperit. Quid ergo tu clamas in oratione, ac si Deus non audiat? Audi eum qui dicit, *Qui plantavit aurem non audiet* [68] ? Nam si tu, quia aures habes, audis, quanto magis aurium opifex? Ne clamemus itaque ad Dominum precando, quasi Deus non audiat : Deus enim vel silentes audit. Viden' desiderium beatæ illius animæ, quo pacto hortante illa his verbis : *Descendat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum* [69], extemplo et nulla interposita mora Verbum dicat, *Intravi in hortum meum, soror mea sponsa* [70] ? Nihil celerius ; ipsa quippe loquente, subito respondit. Viden' quod scriptum est : *Quoniam adhuc te loquente, dicam : Ecce adsum* [71] ? Cum primum enim ipsa hortata est atque dixit, *Descende*, o Verbum, *in hortum tuum, et comede fructum pomorum tuorum*, subito respondit illi dicens : *Intravi in hortum meum, soror mea sponsa.*

6. Quid est quod sponsam et sororem eamdem vocat? Non enim quivis sponsus sponsam suam sororem nuncupaverit. Hic vero et sororem et sponsam ipsam compellat, scilicet ut ostenderet non esse thalamum carnis voluptuosum. Nam cum sponsam vocat, id agit Verbi causa, quod animam desponsavit. Idipsum enim Paulus ait : *Despondi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* [72]. Cum autem ipsam sororem nuncupat, id ait, propter carnem quam gestavit. Id quippe prophetarum aliquis indicat, hæc de ipso loquens, *Narrabo nomen tuum fratribus meis* [73]. Ideo nemo arbitretur sermones hujusmodi carnales esse. Cum enim ipsum beata illa anima hortatur dicens : *Descendat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum*, ubi animam audis, ne unam suspicere animam, sed totum mundum. Quamobrem invitemus ipsum his verbis. *Descende*, o Verbum, *in hortum tuum, et comede fructum pomorum tuorum ;* et ipsum subito respondebit, *Ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Num concitasti me ut descenderem et comederem fructus? Ecce descendi, da mihi fructus. Judæorum quidem sermo pro uvis spinas statim profert, et pro ficis tribulos.

[63] Isa. LIX, 9. [64] Matth. VI, 8. [65] I Cor. XIV, 15. [66] Psal. CXXII, 1. [67] I Reg. I, 14. [68] Psal. XCIII, 9. [69] Cant. V, 1. [70] Ibid. [71] Isa. LIX, 9. [72] II Cor. XI, 2. [73] Psal. XXI 23.

Digitized by Google

Quandonam autem ipsi hujusmodi fructus obtulerunt, nisi quando crucifigebatur? Petiit enim potum ex fructibus vineæ, et vini loco obtulerunt illi acetum. Viden' fructum eorum, quo pacto in acetum versus sit? Dicat proinde Salvator, Evocasti me ut descenderem et comederem poma, ecce veni sitibundus, et acetum mihi obtulisti : veni etiam esuriens ad ficum, et folia solum inveni. Utinam vel folia tantum invenissem, dum ne aridum lignum : ideoque ipsi maledixi. Descendi enim ut comederem fructus pomorum; et cum descendissem, ecce deprehendi sanguinem super sanguine commistum, fornicarios, adulteros et sanguinem innocentem effusum. Inveni vos sculpentes lapides et rem sculptam Deum vocantes, ac demum pro fructibus myrrham reperi, atque tui causa abducor ad mortem. *Descendi ut comederem fructus pomorum :* et ecce propter te loco messis mortem accipio; myrrham meto cum aromatibus. At utinam postquam myrrham pro messe recepi, vel ita tandem salutem nanciscamini, ac scelerum finem faciatis, nec dicatur adversum vos id quod in vicesimo nono psalmo habetur, *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem* [74]? Descendi enim propter te, ac mortem myrrhamque pro messe accepi; ac non solum myrrham, sed etiam cum aromatibus. Quo pacto autem cum aromatibus? Quando enim myrrham messui, scilicet mortem, corpus in monumento depositum fuit : cum resurrexit idem corpus incorruptum, tunc apparuerunt aromata : aromata porro erant incorruptio corporis.

A θέως φέρει ἀντὶ σταφυλῶν ἀκάνθας, καὶ ἀντὶ συκῶν τριβόλους. Πότε δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ τούτους τοὺς καρποὺς, εἰ μὴ ὅτε ἐσταυροῦτο; Ἤτησε γὰρ πιεῖν ἐκ τῶν καρπῶν τῆς ἀμπέλου, καὶ ἀντὶ οἴνου προσήνεγκαν αὐτῷ ὄξος. Ὁρᾷς τὸν καρπὸν αὐτῶν ὅτι ὤξηκε; Λεγέτω τοίνυν ὁ Σωτήρ· Παρεκάλεσάς με καταβῆναι, καὶ φαγεῖν ἀπὸ τῶν ἀκροδρύων, καὶ ἰδοὺ ἦλθον διψῶν, καὶ ὄξος μοι προσήνεγκας· καὶ ἦλθον πάλιν πεινῶν ἐπὶ τὴν συκῆν, καὶ φύλλα μόνον εὗρον. Εἴθε δὲ κἂν φύλλα μόνον εὑρίσκειν, καὶ μὴ τὸ ξύλον ξηρόν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ κατηρασάμην αὐτήν. Καταβέβηκα γὰρ φαγεῖν τοὺς καρποὺς τῶν ἀκροδρύων, καὶ ἰδοὺ καταβὰς εὗρον αἵματα ἐφ' αἵμασιν μισγόμενα, πορνεύοντας καὶ μοιχεύοντας, καὶ αἵματα ἀθῷα ἐκχυνόμενα. Εὗρον ὑμᾶς γλύφοντας λίθους, καὶ θεὸν B ὀνομάζοντας· καὶ λοιπὸν ἀντὶ ἀκροδρύων σμύρναν· καὶ εἰς θάνατον ἄγομαι διὰ σέ. *Καταβέβηκα τοῦ φαγεῖν τοὺς καρποὺς τῶν ἀκροδρύων·* καὶ ἰδοὺ θάνατον τρυγῶ διὰ σέ· σμύρναν τρυγῶ μετὰ ἀρωμάτων. Ἀλλ' εἴθε τρυγήσαντός μου τὴν σμύρναν σωθέντες ἦτε καὶ πεπαυμένοι τῶν κακῶν, καὶ μὴ λεγέτω καθ' ὑμῶν τὸ ἐν τῷ εἰκοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ λεγόμενον· *Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν;* Καταβέβηκα γὰρ διὰ σὲ, καὶ θάνατον ἐτρύγησα καὶ σμύρναν· ἀλλ' οὐ μόνον τὴν σμύρναν, ἀλλὰ μετὰ ἀρωμάτων. Πῶς δὲ καὶ μετὰ ἀρωμάτων; Ὅτε γὰρ ἐτρύγησα τὴν σμύρναν. τουτέστι τὸν θάνατον· ὅτε ἐτέθη ἐν τῷ μνημείῳ, καὶ ἀνέστησεν τὸ σῶμα ἄφθαρτον, τότε ἐφάνησαν τα ἀρώματα· ἀρώματα δὲ ἦν ἡ ἀφθαρσία τοῦ σώματος.

7. Quapropter pulchre sic loquitur : *Myrrham meam messui cum aromatibus meis : comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo* [75]. Viden' Verbum ad omnem ætatem emissum? Quod Judæis quidem utpote infantibus mel et lac in alimentum præbeat; mel et lac cum audis, legem existima; nam ipsis utpote infantibus lac datum est; perfectis vero panis et vinum datum. Solida enim esca est panis atque vinum, scilicet Evangelium. Quamobrem pulchre Salvator ait : *Comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Viden' quo pacto ubique idipsum dicat? Ipsius enim est tam Novum quam Vetus Testamentum. Ideo væ Judæis qui mel et lac comedunt. Similiter et Manichæi panem et vinum edunt; catholica autem Ecclesia illa duo una comedit, panem cum melle, bibitque vinum cum lacte. Et cum panem comedimus, una cum Verbo mel item absumimus. Scriptum item fuit ut agnus in Pascha comederetur. Agnum itaque sumo et cum ipso Verbo manduco; nec agnum solum edo, sed etiam Verbum, quod sicut agnus ad occisionem ductum est. Ideo pulchre dicit : *Comedi panem meum cum melle meo, et bibi vinum meum cum lacte meo :* et subito prosequitur : *Comedite, vicini mei,*

C 7. Διὰ τοῦτο καλῶς λέγει· *Ἐτρύγησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου· ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου· ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου.* Θεωρεῖς τὸν Λόγον τὸν πρὸς πᾶσαν ἡλικίαν γιγνόμενον; καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νηπίοις οὖσιν διδοὺς τροφὴν μέλι καὶ γάλα· μέλι δὲ καὶ γάλα ἐὰν ἀκούσῃς, τὸν νόμον νόμιζε· ὡς γὰρ νηπίοις αὐτοῖς οὖσιν ἐδόθη τὸ γάλα· τοῖς δὲ τελείοις ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος δίδοται· στερεὰ γάρ ἐστι τροφὴ καὶ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, τουτέστι τὸ Εὐαγγέλιον. Διὰ τοῦτο τοίνυν καλῶς λέγει ὁ Σωτήρ· *Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου.* Θεωρεῖς πῶς πανταχοῦ λέγει; Αὐτοῦ γάρ ἐστι καὶ ἡ Καινὴ καὶ ἡ Παλαιά. Διὰ τοῦτο οὐαὶ τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς τὸ μέλι καὶ γάλα ἐσθίουσιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Μανιχαῖοι τὸν D ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐσθίουσιν· ἡ δὲ Καθολικὴ Ἐκκλησία τὰ δύο ὁμοῦ ἐσθίει, τὸν ἄρτον μετὰ τοῦ μέλιτος, καὶ πίνει τὸν οἶνον μετὰ τοῦ γάλακτος· καὶ ἐσθίοντες μὲν τὸν ἄρτον συναλίσκομεν τῷ λόγῳ καὶ τὸ μέλι. Καὶ τὸ πρόβατον γέγραπται ἐσθίειν τὸ Πάσχα. Λαμβάνω τὸ πρόβατον καὶ συναλίσκω αὐτὸ τῷ Λόγῳ· καὶ οὐκ ἐσθίω τὸ πρόβατον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενον Λόγον. Διὰ τοῦτο καλῶς λέγει· *Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, καὶ ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου·*

[74] Psal. xxix, 10. [75] Cant. v, 1.

Digitized by Google

rit damnaverit que, ut esset fratrum servus [86]. Moyses, item lato judicio in eum qui ligna collegerat die sabbati, jussit eum extra castra lapidibus necari [87]. Ejus quoque successor Jesus, sententia in Achan ob furtum prolata, cum domus supellectile tota exterminavit ipsum [88]. Phinees etiam Zambri fornicationis causa damnans, ipsum hasta confodit [89]. Samuel Agag regem Amalecitarum interemit in conspectu Domini [90]. Elias falsos prophetas damnatos, quasi porcos in torrente jugulavit [91]. Elisæus Giezi acceptæ pecuniæ reum damnavit, effecitque leprosum [92]. Daniel vero lascivos senes sycophantiæ causa ab se damnatos, juxta legem Mosaicam ultus est [93]. Petrus autem, qui accepit claves regni cœlorum [94], Ananiam cum uxore, quod partem pecuniæ ex vendita propria possessione subduxissent, damnans, exstinctos subito cadere fecit [95]. Et Paulus quoque Alexandrum fabrum judicavit dicens : *Reddet illi Dominus secundum opera sua* [96]. Hymenæum vero atque Philetum tradidit Satanæ, ut ediscerent non ultra blasphema effari. Arguit autem Ecclesias Corinthiorum, quod non judicaverint, his verbis : *Non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? An nescitis quia angelos judicabimus* [97]? Si itaque omnes justi, qui judicaverunt, non ideo condemnati, imo vero ad spirituale ministerium allecti et cooptati sunt, quare non ut illi judicandum esse censeamus? Ait itaque Dominus : *Nolite judicare, ut non judicemini*, non ideo sane ut quid faciamus vel admittamus, de quo judicium non feramus ; sed quia Pharisæi et Scribæ se mutuo judicabant et damnabant, ipsi vero non sese emendabant. Sic homicidam illum, secundum legem, capitis damnarunt, cum ipsi interea prophetas inique trucidarent ; mœchum adulterii causa pœnas luere decreverunt, cum ipsi ceu equi lascivi hinnirent ad alienas uxores [98] : sententiam in furem tulerunt, ipsi raptores pecuniæ alienæ. Erantque *excolantes culicem, et deglutientes camelum* [99]. Quod autem tales fuerint Pharisæi atque Scribæ, palam est ex iis quæ singulis eorum in sequentibus ait Dominus : *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui* [1]. Quod si tu in oculo tuo habes intemperantiæ et libidinis trabem, ita ut executias, qui possis proximum tuum avertere a festuca levis cujusdam peccati? Divinus autem Paulus ad Romanos scribens, de hypocritis hujusmodi, qui pietatem ementiuntur, talia fatur : *Qui alium doces, teipsum non doces; qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mœcharis; qui abominaris idola, sacra expilas; qui in lege gloriaris, per præ-*

[86] Gen. IX, 26. [87] Num. XV, 35. [88] Josue VII, 25. [89] Num. XXV, 8. [90] I Reg. XV, 33. [91] III Reg. XVIII, 40. [92] IV Reg. V, 27. [93] Dan. XIII, 62. [94] Matth. XVI, 18. [95] Act. V, 1-10. [96] II Tim. IV, 14. [97] I Cor. VI, 5. 3. [98] Jerem. V, 8. [99] Matth. XXIII, 24. [1] Matth. VII, 3-5.

Digitized by Google

varicationem legis Deum inhonoras [a]. Et rursum : *In quo enim judicio judicas alterum, teipsum condemnas : eadem enim agis qui judicas* [b]. Sicut et transgressores Paschatis, per Paschatis prævaricationem Christum inhonorant, cujus est Pascha. In, qualibet igitur re, qui alium judicat, siquidem is idipsum peragat, seipsum judicat; velut duo illi senes, qui cum de Susanna quasi adultera judicium tulissent eamque damnassent, secundum Mosaicam legem, adulterii ipsi quoque damnati sunt. Pharao autem in qua mensura mensus est, remensum est ipsi : qui enim pueros in fluvio demergi ac suffocari jusserat, ipse quoque submersus periit in mari Rubro. Sacerdotes vero qui Zachariam ad altare trucidarunt, ipsi quoque sub altari a Romanis jugulati sunt : ut ediscas quod in qua mensura quis mensus fuerit, in eadem remetietur ei; et per quæ quis peccaverit, per hæc et punietur.

A ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. Ὡς καὶ οἱ παραβάται τοῦ Πάσχα διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Πάσχα τὸν Χριστὸν ἀτιμάζουσιν, οὗ ἐστι τὸ Πάσχα. Ἐν ᾧ οὖν τις κρίνει τὸν ἕτερον, καὶ ὁρᾷ τὰ αὐτὰ, ἑαυτὸν κρίνει· ὡς καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι· κρίναντες γὰρ τὴν Σωσάνναν ὡς μοιχαλίδα, ἐκρίθησαν ὄντες αὐτοὶ μοιχοὶ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον. Ὁ δὲ Φαραὼ ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησεν ἀπεμετρήθη αὐτῷ· ἀποπνίξας γὰρ τὰ βρέφη ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὸς ὑποβρύχιος ἀπώλετο ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, φονεύσαντες τὸν Ζαχαρίαν παρὰ τὸ θυσιαστήριον, καὶ αὐτοὶ ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐσφάγησαν· ἵνα μάθῃς, ὅτι ᾧ μέτρῳ τις μετρεῖ, τούτῳ καὶ ἀντιμετρεῖται αὐτῷ· δι' ὧν δὲ καὶ τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων καὶ κολάζεται.

Athanasii,

De incontaminatis mysteriis.

B

Nolite sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ait Christus [c]. Id sane recti judicii est. Neque enim Dominus indiscriminatim ac sine distinctione dixit : Date sancta et margaritas omnibus; sed, *Nolite dare sancta canibus*, id est malis operariis, dicente Apostolo : *Videte canes, videte malos operarios, videte porcos* [d]; quo significantur libidinosi homines. Neque abs re sane, sed admodum congruenter porcis libidinosi comparantur. Quemadmodum enim si quis porcum ex cœno eduxerit, id sibi porcus damno esse arbitratur; ita si quis libidinosum ex cœno voluptatis avertat, is temperantiæ consiliarium non amici, sed adversarii loco habet. Ne projiciamus ergo nostras incontaminatorum mysteriorum margaritas ante homines porcis similes. At dicet quispiam : Sacrorum participes esse volunt, et sunt tamen canes impudentes, et porci volutati in cœno voluptatis : tu vero ne dederis. Nam ægri quoque aquam postulant, sed medici vetant; tyranni regiam purpuram expetunt, sed illius custodes, periculum suspicantes, non concedunt. Vide ergo tu quoque, diacone, ne indignis purpuram impeccabilis corporis præbeas; ne rationi reddendæ, non secundum Romanas leges, sed secundum Domini dicta, obnoxius sis. *Nolite*, igitur, *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis*, inconsideratis scilicet cogitationibus, *et conversi dirumpant vos* [e], schismata hæresesque facientes.

(18) Ἀθανασίου,

Περὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων.

Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, φησὶν ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ τοῦτο κρίσεώς ἐστιν ὀρθῆς. Οὔτε δὲ ἔφησεν ὁ Κύριος ἀδιορίστως ἢ χωρὶς διαστολῆς· Δότε τὰ ἅγια καὶ τοὺς μαργαρίτας τοῖς πᾶσιν· ἀλλὰ· *Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ*, τοῖς κακοῖς ἐργάταις, λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου· *Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τοὺς χοίρους*, οἵτινές εἰσιν οἱ ἀκόλαστοι. Τοῖς δὲ χοίροις παραβάλλονται οἱ ἀκόλαστοι οὐκ ἀπεικότως, ἀλλ' οἰκείως καὶ προσηκόντως. Ὥσπερ γὰρ τὸν χοῖρον ἐάν τις ἀποσπάσῃ τοῦ βορβόρου, καὶ νομίζει ζημιοῦσθαι· οὕτω καὶ τὸν ἀκόλαστον ἐάν τις ἀποστρέψῃ ἀπὸ τοῦ βορβόρου τῆς ἡδονῆς, λογίζεται τὸν συμβουλεύοντα τὴν σωφροσύνην εἶναι ἐχθρὸν, ἥπερ φίλον. Μὴ βάλωμεν οὖν τοὺς μαργαρίτας ἡμῶν τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἔμπροσθεν τῶν χοιροτρόπων ἀνθρώπων. Ἀλλά φησι· Θέλουσι μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων· καί εἰσι κύνες ἀναιδεῖς, καὶ χοῖροι ἐγκαλινδούμενοι τῇ ἡδονῇ. Ἀλλὰ σὺ μὴ δῷς. Καὶ γὰρ οἱ νοσοῦντες ὕδατος ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλ' οἱ ἰατροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι· καὶ οἱ τύραννοι ποθοῦσι τὴν βασιλικὴν πορφύραν· ἀλλ' οἱ φυλάσσοντες αὐτὴν οὐ παρέχουσιν ὑφορώμενοι τὸν κίνδυνον. Βλέπε οὖν καὶ σὺ, διάκονε, μὴ ἀναξίοις ἐπιδώσῃς τὴν πορφύραν τοῦ ἀναμαρτήτου σώματος· ἵνα μὴ εὐθυνθῇς οὐ κατὰ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς νόμους, ἀλλὰ κατὰ τοὺς δεσποτικοὺς λόγους. *Μὴ δότε οὖν τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς τοῖς ποσὶν αὐτῶν, τοῖς ἀλογίστοις λογισμοῖς, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, ποιήσαντες σχίσματα καὶ αἱρέσεις.*

C

D

Athanasii Alexandrini,

De falsis prophetis.

Ait Dominus : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces : a fructibus eorum cognosce-*

(19) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Περὶ ψευδοπροφητῶν.

Εἶπεν ὁ Κύριος· *Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύματι προβάτου, ἔνδοθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες·*

[a] Rom. II, 21-23. [b] ibid. I. [c] Matth. VII, 6. [d] Philipp. III, 2. [e] Matth. VII, 6.

(18) Ex codice Reg. 1993, X sæculi.

(19) Edit. Athan. p. 1026, ex codice Barociano.

Digitized by Google

ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. A Ἐὰν οὖν τινα ἴδῃς, ἀδελφὲ, ὅτι ἔχει σχῆμα σεμνοπρεπὲς, μὴ πρόσχῃς, ὅτι ἐνδέδυται κώδιον προβάτου, ὅτι ὄνομα ἔχει πρεσβυτέρου, ἢ ἐπισκόπου, ἢ διακόνου, ἢ ἀσκητοῦ· ἀλλὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ περιέργασαι· εἰ ἔστι σώφρων, εἰ ἔστι φιλόξενος, ἢ ἐλεήμων, ἢ ἀγαπητικὸς, ἢ ἐν προσευχαῖς καρτερικὸς, ἢ ὑπομονητικός· εἰ ἔχει κοιλίαν θεὸν, καὶ τὸν φάρυγγα ᾅδην, νοσῶν χρήματα, καὶ καπηλεύων τὴν θεοσέβειαν, ἄφες αὐτόν. Οὐ γάρ ἐστι ποιμὴν ἐπιστημονικὸς, ἀλλὰ λύκος ἁρπακτικός. Εἰ δὲ οἶδας τὰ δένδρα δοκιμάζειν ἀπὸ τῶν καρπῶν, ποῖά ἐστι τῇ φύσει, τῇ γεύσει, τῇ πιότητι· πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἔργων ὀφείλεις δοκιμάζειν τοὺς χριστεμπόρους· ὅτι, φέροντες φημάριον εὐλαβείας, ψυχὴν κέκτηνται διαβολικήν. B Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἀκανθῶν οὐ συλλέγεις σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα, τί ὑπολαμβάνεις, ὅτι ἀπὸ παραβατῶν ἔχεις τι ἀγαθὸν ἀκοῦσαι, ἢ ἀπὸ προδοτῶν μαθεῖν τι χρήσιμον; Ἐκείνους τοίνυν ἀποστρέφου ὡς λύκους Ἀραβικοὺς, καὶ ἀκάνθας παρακοῆς, καὶ τριβόλους ἀδικημάτων, καὶ δένδρα πονηρά. Ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, κατὰ τὴν συμβουλεύουσαν Σοφίαν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ σταθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ ποῦς σου, ἵνα παρ' αὐτοῦ διδαχθῇς νόμου σκιαγραφήματα καὶ χαρίτων δωρήματα. Οὔτε δὲ λόγος σοφιστικὸς, ἢ σχῆμα ἐπιθετικὸν εἰσάγουσιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ πίστις τελεία καὶ ἀπερίεργος μετὰ τῆς ἐναρέτου καὶ διαλαμπούσης προνοίας.

tis eos [7]. Si itaque quempiam videris, o frater, qui sit honesto indutus vestimento, ne attendas ipsi, etiamsi ovis pelle vestitus sit, et presbyteri, episcopi, diaconi vel asceteæ nomen habeat: sed ejus opera accuratius perpendas, an sit temperans, an hospitalis, an misericors, an charitatem habeat, an perseveret in orationibus, an sit patiens. Si deum ventrem habeat, et guttur infernum, divitiarum morbo laborans, pietatem pro quæstu habens, dimitte illum; non est enim pastor peritus, sed lupus rapax. Si autem nosti arbores ex fructibus probare, quænam scilicet sint natura, gustu, pinguedine; multo magis ex operibus periculum facere debes eorum, qui Christo ad quæstum utuntur; quia, dum aliquam sanctitatis famam præferunt, animam possident diabolicam. Quod si ex spinis non colligis uvas, nec ex tribulis ficus, quid opinaris posse te quid boni ex prævaricatoribus audire, et ex proditoribus quidpiam utile ediscere? Illos itaque aversare ut lupos Arabicos, et spinas inobsequentiæ, tribulos iniquitatis, arbores malas. Si videris sapientem aliquem, ex consilio Sapientiæ [8], mane vigila ad illum, stationes portarum ejus terat pes tuus, ut ab eo ediscas legis umbras, et gratiarum dona. Neque enim sophisticus sermo et habitus modestus introducunt in regnum cœlorum; sed fides perfecta ac minime curiosa, cum providentia virtutis plena et conspicua.

(20) *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' C *ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.* Ἐντεῦθεν ὠφελημένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ὀγκώδη* τὴν ἁμαρτίαν ὠνόμασε *καὶ εὐπερίστατον.* Τί γὰρ βαρύτερον καὶ βλαβερώτερον ἁμαρτίας; ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τί τῆς ἀρετῆς ἐλαφρότερον; *Ἡ μὲν* γὰρ *ἁμαρτία*, ὡς ἐν Παροιμίαις γέγραπται, *πολλοὺς τρώσασα, καταβάλλει τῷ βάρει, Σειραῖς τε τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται·* ἡ δὲ ἀρετὴ τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς ζωοποιεῖ καὶ εἰς ὕψος αἴρει, λέγοντος τοῦ Παροιμιαστοῦ· *Ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντιποιουμένοις αὐτῆς·* τοῦ δὲ Ψαλμῳδοῦ· *Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος.* Διὰ τοῦτο ἡ μὲν ἁμαρτία συμβολικῶς ἐπὶ ταλάντου διαμολίβδου καταιρο- D μένη θεωρεῖται· ἐπειδὴ τοὺς χρωμένους αὐτῇ βυθίους καταφέρει εἰς τὸν ᾅδην· καὶ οἷς ἐνυπάρχουσιν οἱ σαρκικοὶ ὄγκοι καὶ αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι, καὶ οὓς ἡ ἁμαρτία περίσταται, τούτοις οὐκ ἔστιν ἐλεύθερον πρὸς τὸν Θεὸν τὸ ὄμμα. Ὁ ζυγὸς τοίνυν τοῦ Σωτῆρος χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν. Καὶ πῶς, φησὶν, ἐλαφρὸν, ὅταν λέγῃ· *Ἐὰν μή τις μισῇ πατέρα ἢ μητέρα·* καὶ, *Ὃς οὐκ αἴρει τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος·* καὶ, *Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν,*

Sancti Athanasii.

Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris: jugum enim meum suave est, et onus meum leve [9]. Hinc utilitate percepta divinus Apostolus, *ponderosum et circumstans* peccatum appellavit [10]. Quid enim gravius et damnosius peccato? ut e contrario, quid levius et utilius virtute? nam *Peccatum*, ut in Proverbiis scriptum est, *vulneratos multos pondere dejicit* [11], et *Unusquisque catenis peccatorum suorum stringitur* [12]. Virtus autem eos, qui se amplectuntur, vivificat et in altum erigit, ut in Proverbiis dicitur: *Lignum vitæ est iis, qui ipsam amplectuntur* [13]; et in Psalmis, *Suscipiens mansuetos Dominus* [14]. Idcirco peccatum quidem symbolice cum talento plumbeo demersum conspicitur [15]: qui a sui cultores in profundum inferorum dejicit. Quibus autem insunt carnis pondera et cupiditates, et iis qui a peccato circumdantur, non liberum sane est oculos ad Deum erigere. Jugum itaque Servatoris suave est, et onus ejus leve. Et quo pacto, dicet quispiam, leve onus est, cum sic loquatur: *Si quis non odit patrem et matrem* [16], et, *Qui non tollit crucem, et sequitur me, non est me dignus* [17]; et: *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [18]; imo etiam jubeat ipsam tradere animam? Id te do-

[7] Matth. VII, 15, 16. [8] Eccli. VI, 36. [9] Matth. XI, 29, 30. [10] Hebr. XII, 1. [11] Prov. VII, 26. [12] Prov. V, 22. [13] Prov. III, 18. [14] Psal. CXLVII, 6. [15] Zach. V, 7. [16] Luc. XIV, 26. [17] Matth. X, 38. [18] Luc. XIV, 33.

(20) Edit. Athan. p. 1008, ex Possini catena *in Matth.*

Digitized by Google

ceat Paulus qui ait : *Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis, mire supra modum æternum gloriæ pondus operatur* [19]; et rursus : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [20].

οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· ὅταν κελεύῃ καὶ αὐτὴν ἐκδοθῆναι τὴν ψυχήν; Διδασκέτω σε Παῦλος λέγων· *Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται· καὶ πάλιν· Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀνακαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.*

Prodit ex cod. Colb. membran. XI sæculi. Est Cat. in Matth.

Sancti Athanasii.

Propterea dico vobis, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, sed blasphemia in Spiritum non remittetur illis. Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro [21]. Hic apposite Apostoli dictum proferatur : *Littera occidit, Spiritus autem vivificat* [22]. Multa siquidem divinarum Scripturarum loca si secundum litteram intelligamus, in nefandas blasphemias incidimus, cujusmodi sunt quæ nobis nunc proponuntur Domini verba; quæ si secundum nudas dictiones excipiamus, non solum in nefandas dilabemur cogitationes, sed etiam ipsum Dominum sibi adversari deprehendemus. Namque si *quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei;* quomodo idem Filius dixit : *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram angelis Dei* [23]? Et rursus, si omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, quomodo et de otioso verbo rationem sumus reddituri [24]? quomodo qui dicit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis [25]? quomodo item Paulus ait : *Nolite errare : neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque ebriosi, neque rapaces regnum Dei possidebunt* [26]? Quæ si ita se habent, quomodo, quæso, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus? Rursumque, si verum illud est, cur miser accusatur Origenes, quod finem aliquem pœnarum constituat; ac tandem remissionem omnium peccatorum, hominibus pariter et dæmonibus a Deo concedendam prædicet? Item, si blasphemia in Spiritum sanctum remissionem non habet, quid queritur Ecclesia Novatum pœnitentiam rejecisse? Illud autem obscurius et difficilius intellectu est, quod, qui dixerit verbum contra Filium remittetur ei; qui vero dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei, ita ut minor videntur Filius esse Spiritu sancto et Patre. Quid ergo nefarios Arianos rejicimus, qui Filium volunt esse inferiorem et minorem Spiritu? Cur ergo Filius dicit : *Ego et Pater unum sumus* [27]; et : *Qui non honorat Filium, non honorat et Patrem* [28]; itemque hic ait : *Quicunque dixerit verbum contra Filium, remittetur ei* [29]? Num blasphemia in Filium condonata est Arianis, Simonianis, Sabellianis, Photinianis, cæterisque omnibus, qui blas-

(21) *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται αὐτοῖς. Καὶ ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐνταῦθα καλὸν τὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰπεῖν· ὅτι *Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωοποιεῖ.* Πολλὰ γὰρ τῶν θείων Γραφῶν ἐὰν κατὰ τὸ γράμμα νοήσωμεν, εἰς ἀθέσμους βλασφημίας περιπεσούμεθα· οἷόν ἐστι καὶ τὸ νῦν προκείμενον τοῦ Κυρίου λόγιον· ἐὰν γὰρ κατὰ ξηροῦ τὰς λέξεις ἐκλάβωμεν, οὐ μόνον εἰς ἀθεμίτους ἐννοίας κατενεχθησόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἐναντιούμενον ἑαυτῷ εὑρήσομεν. *Ἐὰν* γὰρ ὃς εἴπῃ *λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ·* πῶς αὐτὸς ὁ Υἱὸς εἶπεν, ὅτι *Ὁ ἀπαρνησάμενός αὐτὸν* [ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων] *ἀπαρνηθήσεται ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ;* Καὶ πάλιν ἐὰν πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, πῶς καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου ἀπολογίαν δώσομεν; πῶς ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός; πῶς δέ φησι καὶ Παῦλος· *Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὐ λοίδοροι, οὐ μέθυσοι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ μὴ κληρονομήσουσι;* Καὶ εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς λοιπόν, εἰπέ μοι, πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις; Καὶ ἐὰν πάλιν τοῦτο ἀληθὲς, διὰ τί λοιπὸν ἐγκαλεῖται ὁ ἄθλιος Ὠριγένης, τέλος κηρύττων τῆς κολάσεως, ὡς συγχώρησιν πάσης ἁμαρτίας γενέσθαι καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς δαίμοσι παρὰ Θεοῦ; Πάλιν δὲ ἐὰν ἡ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημία οὐκ ἔχει συγχώρησιν, τί μέμφεται ἡ Ἐκκλησία Ναυάτον ἀποβαλλόμενον τὴν μετάνοιαν; Τὸ δὲ σκοτεινότερον καὶ δυσκατάληπτον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὥστε ἐλάττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς παρὰ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Πατέρα. Καὶ τί λοιπὸν ἀποβαλλόμεθα τοὺς μυσαροὺς Ἀρειανοὺς, τοὺς σμικρύνοντας καὶ καταβιβάζοντας τὸν Υἱὸν παρὰ τὸ Πνεῦμα; Καὶ πῶς ὁ Υἱὸς λέγει· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν·* καὶ, *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα·* καὶ πάλιν ἐνταῦθά φησιν· *Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσε-*

[19] II Cor. IV, 17. [20] Rom. VIII, 18. [21] Matth. XII, 31, 32. [22] II Cor. III, 6. [23] Luc. XII, 9. [24] Matth. XII, 36. [25] Matth. V, 22. [26] I Cor. VI, 10. [27] Joan. X, 30. [28] Joan. V, 23. [29] Matth. XII, 32.

(21) Ex cod. Colb. 2334, qui est catena *in Matthæum*. In editis quoque comparet, sed magna sui parte truncatum.

Digitized by Google

ται αὐτῷ; Ἆρα οὖν, εἰπέ μοι, ἡ εἰς τὸν Υἱὸν βλασφημία συγχωρηθήσεται τοῖς Ἀρειανοῖς, καὶ Σιμωνιανοῖς, καὶ Σαβελλιανοῖς, καὶ Φωτεινιανοῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι τοῖς εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ σάρκωσιν βλασφημήσασιν; Ἄπαγε τῆς ἀτοπίας. Εἰ γὰρ ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρέ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, εἰς ποίαν λοιπὸν, εἰπέ μοι, γέενναν γεέννης ἐκβληθήσεται ὁ λέγων τὸν Θεὸν αὐτοῦ κτίσμα, καὶ οὐχὶ Θεοῦ Υἱὸν, ἀλλὰ δοῦλον καὶ ὑπουργὸν καὶ μικρόν; Καὶ εἴ ὅστις εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ, πῶς αὐτὸς ὁ Υἱὸς εἶπεν, ὅτι *Ὁ μὴ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ μὴ πίνων μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον*; Πῶς δὲ καὶ δύναταί τις, ἀτιμάζων τὸν Υἱὸν, μὴ βλασφημεῖν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα; Ὁ δὲ εἰς αὐτὴν βλασφημῶν δηλονότι ἀπαρνεῖται τὸ ἅγιον βάπτισμα· ὁ δὲ τοῦτο ἀπαρνούμενος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποδύεται. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου, ἐὰν τὴν θέρμην ἢ τὴν ἀκτῖνα αὐτοῦ καθυβρίσῃς, εἰς ὅλην τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀνατρέχει ἡ ὕβρις· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ τρισηλίου τῆς ἁγίας Τριάδος φωτὸς καὶ μυστηρίου ἡ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ἀτιμία παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς θεότητός ἐστιν ἀτιμία. Τί οὖν ἐστι τὸ πρὸς Ἰουδαίους λεγόμενον, ὅτι *Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία τοῖς ἀνθρώποις ἀφεθήσεται· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.* Νουνεχῶς ἀκούσωμεν, καὶ μὴ πλανηθῶμεν. Διττὸν εἶναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, φημὶ δὲ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, αἱ ἱεραὶ ἡμῖν διαβοῶσι Γραφαί· *Ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Τὴν γοῦν τοῦ Λόγου θεότητα ὁ αὐτὸς Χριστὸς Πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζει, καθὰ καὶ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔλεγε, *Πνεῦμα ὁ Θεός*· τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ Υἱὸν ἀνθρώπου· *Νῦν* γὰρ, φησὶν, *ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.* Οἱ οὖν ἀεὶ τῷ Θεῷ προσκρούοντες Ἰουδαῖοι διττὴν πρὸς Χριστὸν τὴν βλασφημίαν ἐκέκτηντο· καὶ μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, ἤγουν τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου προσκόπτοντες, προφήτην αὐτὸν, ἀλλ' οὐ Θεὸν εἶναι ἐνόμιζον, καὶ φάγον αὐτὸν καὶ οἰνοπότην ἐκάλουν, οἷς καὶ συγγνώμην ἔδωκεν· ἀρχὴ γὰρ ἦν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὕπω ἐχώρει ὁ κόσμος Θεὸν πιστεύειν γενόμενον ἄνθρωπον. Διό φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι *Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου*, ἤγουν τοῦ σώματος αὐτοῦ, *ἀφεθήσεται αὐτῷ*. Τολμῶ γὰρ λέγειν, ὅτι οὐδὲ αὐτοὶ οἱ μακάριοι μαθηταὶ τὸ τέλειον περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος εἶχον φρόνημα, ἕως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῖς τῇ Πεντηκοστῇ ἐπεφοίτησεν. Ἐπεὶ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἰδόντες αὐτὸν, οἱ μὲν προσεκύνησαν, οἱ δὲ ἐδίστασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου κατεκρίθησαν. Οἱ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤγουν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ θεότητα, βλασφημήσαντες καὶ λέγοντες, ὅτι *Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια*, οὐκ ἀφίενται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπισημειώσα-

phemias in Christi incarnationem protulerunt? Apage hanc absurditatem. Nam si is qui fratri suo dicit, Fatue, reus est gehennæ ignis; qualem, die mihi, in gehennam gehennæ projicitur is qui affirmat Deum suum creaturam esse; non Filium Dei, sed servum, sed administrum, et parvum? Et si qui dixerit verbum contra Filium, remittetur ei; quomodo ipse Filius dixit: *Qui non manducat meam carnem, nec bibit meum sanguinem, non habebit vitam æternam* [30]? Aut qui, quæso, possit qui ignominia afficit Filium, non blasphemare in sanctam Trinitatem? Qui vero in eam blasphema dicit, is haud dubie abnegat sanctum baptisma; ac qui baptismum negat, profecto Spiritum sanctum exuit. Et quemadmodum in sole isto sensibili, si calori radiisve ejus contumeliam feceris, in totam naturam solis recidit hujusmodi contumelia; ita quoque se res habet in trigemino sole Trinitatis et mysterii: contumelia in unam personam prolata, blasphemia est in universam plenitudinem deitatis. Quid igitur sibi vult dictum illud ad Judæos: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo neque in futuro* [31]. Prudenter audiamus, et ne seducamur. Duplicem esse Christum post inenarrabilem unionem, dico autem ex deitate et humanitate, sacræ nobis clamant Scripturæ: nam *Verbum caro factum est* [32]. Deitatem ergo Verbi ipse Christus Spiritum sanctum appellat, quemadmodum ad Samaritanam locutus est, *Spiritus est Deus* [33]; humanitatem vero suam, Filium hominis vocat: *Nunc*, inquit, *glorificatus est Filius hominis* [34]. Judæi igitur qui semper Deum offenderunt duplicis adversus Christum blasphemiæ rei sunt. Quorum alii in carnem ejus, scilicet in Filium hominis, impingunt, prophetam, non Deum esse existimantes; ac voracem illum et potatorem vocabant [35]: quibus veniam dedit. Siquidem initium prædicationis erat, nondumque poterat mundus Deum illum credere, qui homo factus fuerat. Hinc Christus ait: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis*, scilicet contra corpus suum, *remittetur ei*. Ausim quoque dicere, neque ipsos beatos ejus discipulos, perfectam ipsius divinitatis habuisse notitiam, donec Spiritus sanctus in die Pentecostes in ipsos illapsus esset. Namque etiam post resurrectionem videntes eum, alii adorarunt eum, alii autem dubitaverunt; nec ideo tamen condemnati sunt. Qui vero in Spiritum sanctum, sive in Christi deitatem blasphema hæc dicta protulerunt: *In Beelzebul, principe dæmoniorum, ejicit dæmonia* [36]; iis sane non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Observandum porro est, non dixisse Christum, blasphemanti ac postea pœ-

[30] Joan. VI, 54. [31] Matth. XII, 32. [32] Joan. I, 14. [33] Joan. IV, 24. [34] Joan. XIII, 36. [35] Matth. XI, 19. [36] Luc. XI, 15.

Digitized by Google

nitenti remissionem dandam non esse; sed blasphemanti, sive in blasphemia perseveranti: siquidem condigna pœnitentia peccata omnia eluit. Quod autem dicitur, blasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro sæculo dimitti; quidam re diligentius exquisita dicunt, quatuor modis peccatorum veniam concedi; duobus hic, duobus item in futuro sæculo. Cum enim peccatorum omnis temporis meminisse non possimus, ut hic pœnitentiam quilibet agere possit; idcirco Dominus noster, nobis hic pœnitentiam non agentibus, duos, ut dictum est, in futuro pœnitentiæ modos procuravit. Cum quis scilicet bona indifferenter egerit, sive misericordia et commiseratione commotus in proximum, sive quævis alia humanitatis officia præstiterit; ea porro in futuro sæculo, judicii tempore, in quam propendebunt partem, veniam consequentur. Et hic quidem primus est modus: secundus vero is est, cum quis peccatis constrictus, audita Domini voce dicentis: *Nolite judicare, ut non judicemini*, de nemine judicare, examinato vitæ instituto, ausus; utpote cultor præcepti, neque ipse judicatur. Neque enim mandati sui immemor est ille veracissimus. Duobus autem aliis modis hic venia obtinetur; cum quis nimirum peccatis obnoxius, divina dispensante providentia, miseriis, ærumnis morbisque affligitur. Modo namque sibi ignoto, his a Deo purgatur. Et si quidem tenuatus gratias agat, mercedem ob gratiarum actionem accipit; sin se ingratum præbeat, de iisdem peccatis quorum causa corripitur, iterum judicatur: insuperque debitas ingrato animo pœnas luere cogitur. Igitur peccata in homines admissa, multis possunt rationibus condonari: nam si quis in hominem peccans, de alio homine bene mereatur, is quam in naturam peccavit eidem naturæ satisfecit. Sed blasphemia in Spiritum (quæ infidelitas est, nullam, nisi quis fidelis efficiatur, veniam admittens), utpote impietatis et infidelitatis peccatum, neque in hoc, neque in futuro sæculo dimittetur.

Athanasii Alexandrini,

De lunaticis.

Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male patitur[37]. Lunaticis, non luna insaniæ causa est, neque enim luna ad malum et damnum inferendum hominibus creata est, sed ad ministerium optimis utilibusque rebus præbendum. Cum enim ex natura sua humida sit, suavissimum corporibus somnum procurat, noctis tenebras, colore lacteo ornata, demulcet; solem vero qui siccus calidusque est, æqua lance temperat, atque humore frigiditateque sua plantas omnes, prata, herbas, olera, ut mater vera in ulnis accipiens, fovet, et virescere facit; ita ut sub auroræ crepusculum, videre sit arbores densis frondibus ornatas, prata in summis floribus

[37] Matth. XVII 14.

σθαι δὲ χρὴ, ὅτι οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς, Τῷ βλασφημήσαντι καὶ μετανοήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται· ἀλλὰ Τῷ βλασφημοῦντι, εἶτ' οὖν ἐπιμένοντι τῇ βλασφημίᾳ. Ἡ γὰρ ἀξιόλογος μετάνοια πάντα λύει τὰ ἁμαρτήματα. (22) Τὸ δὲ μήτε ἐνταῦθα ἀφίεσθαι τῷ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημήσαντι, μήτε ἐν τῷ μέλλοντι, τινὲς ἐξετάζοντές φασι τέσσαρας εἶναι τρόπους δι' ὧν συγχώρησις ἁμαρτημάτων γίνεται· δύο ἐνταῦθα, καὶ δύο ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐφικνεῖται ἡ μνήμη ὅλου χρόνου μνημονεύειν τὰ σφάλματα, ἵνα ἐνταῦθα μετανοήσῃ ὁ ἄνθρωπος, ᾠκονόμησε φιλανθρώπως ὁ Κύριος ἡμῶν μὴ μετανοούντων τρόπους μετανοίας ἐν μὲν τῷ μέλλοντι, ὡς εἴρηται, δύο· ὅταν τις ἀδιαφόρως ἀγαθοεργήσας, εἴτε εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν πρὸς τὸν πλησίον κινηθεὶς, ἢ ὅσα ἄλλα φιλανθρωπίας ἐχόμενα· ταῦτα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ζυγοστατούμενα, ἐφ' ἃ τὴν ῥοπὴν ἔχει, συγχώρησις γίνεται. Καὶ οὗτος μὲν ὁ εἷς τρόπος· δεύτερος δὲ οὗτος· ὅταν ταῖς ἁμαρτίαις συνεχόμενος, ἀκούων δὲ τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*, φοβούμενος οὐδένα κρίνει ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν βεβιωμένων· ὡς φύλαξ τῆς ἐντολῆς οὐ κρίνεται. Τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ἐντολῆς οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος. Οἱ δὲ ἕτεροι δύο τρόποι ἐνταῦθα τὴν συγχώρησιν ἔχουσιν· ὅταν τις, ἐν ἁμαρτίαις ὤν, οἰκονομεῖται ἐκ τῆς προνοίας ἐν συμφοραῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν νόσοις· ὡς οὐκ οἶδε γὰρ διὰ τῶν τοιούτων καθαίρει αὐτὸν ὁ Θεός. Καὶ εἰ μὲν εὐχαριστεῖ πειραζόμενος, τὸν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ μισθὸν λαμβάνει· εἰ δὲ ἀχαριστεῖ, δι' ἃς μὲν ἁμαρτίας παιδεύεται, ἐκ τῶν τοιούτων κρίνεται· τὴν δὲ ὑπὲρ τῆς ἀχαριστίας εἰσπράττεται ποινήν. Ἐπεὶ οὖν ἄτινα εἰς ἀνθρώπους τις ἁμαρτάνει, πολλὰς ἔχει προφάσεις συγχωρήσεων· ἁμαρτάνων γάρ τις εἰς ἄνθρωπον, ἄλλον δὲ ἄνθρωπον εὖ ποιῶν, εἰς ἣν φύσιν ἥμαρτεν, αὐτῇ καὶ ἀπελογήσατο. Ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία (ἔστι δὲ ἀπιστία, μὴ ἔχουσα ἑτέραν πρόφασιν συγχωρήσεως, εἰ μὴ τὸ γενέσθαι πιστὸν), οὔτε ἐνταῦθα οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι ἀφεθήσεται τῆς ἀθεΐας καὶ ἀπιστίας ἡ ἁμαρτία.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Περὶ σεληνιαζομένων (23).

Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει. Οἱ σεληνιαζόμενοι, οὐχ ὡς τῆς σελήνης παραιτίας γινομένης τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας· οὔτε μὴν ἡ σελήνη ἐκτίσθη εἰς κακοποιίαν, ἢ πρὸς βλάβην τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀλλ' εἰς συνεργίαν καλῶν καὶ ὠφελίμων πραγμάτων. Οὖσα γὰρ κατὰ φύσιν ὑγρὰ, τοῖς σώμασι τὸν ἡδιστον ὕπνον προξενεῖ, τῆς δὲ νυκτὸς τὸ σκότος παραμυθεῖται, οὖσα γαλακτοφαής· τῷ δὲ ξηρῷ καὶ τῷ θερμῷ τῷ ἡλίῳ ἀντιταλαντεύουσα, τῇ ὑγρότητι καὶ τῇ ψυχρίᾳ πάντα τὰ φυτὰ καὶ τοὺς λειμῶνας, καὶ πᾶσαν πόαν καὶ βοτάνην, ὡς μήτηρ γνησία διὰ τῆς νυκτὸς ἐναγκαλιζομένη, ἀναζωπυρεῖ καὶ ἀναθάλλει· ὥστε ὑπὸ τὴν ἕω ὁρᾶσθαι καὶ

(22) Hæc ad finem usque, quæ in editis desiderabantur, et in editione Athanasii nostra separatim ponuntur, pag. 1008, ex mss. mutuati sumus.

(23) Hæc ex cod. Reg. 1993, x sæculi, fol. 323.

Digitized by Google

τὰ δένδρα τοῖς φύλλοις πεπυκνωμένα, τοὺς δὲ λειμῶνας βαστάζοντας ὑπεράνω τῶν ἀνθῶν τὸ μέλι τῆς ἐργασίας τῆς σοφῆς καὶ ἀόκνου μελίσσης, τὴν δὲ πόαν ἀγλαϊζομένην, πᾶσαν δὲ βοτάνην ἠὐξημένην ἱλαρῷ προσώπῳ. Ὅθεν καὶ γαλακτοφαής ἐστιν, ὅτι, ὡς μήτηρ τῷ γάλακτι τρέφει τὸ νήπιον, οὕτω καὶ αὕτη τῇ πιότητι καὶ τῇ δρόσῳ μεγαλύνει τὰ σύμπαντα. Οὕτω δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ, σημαίνει ἐνιαυτῶν κύκλους, μηνῶν ἐκπληρώσεις, καιρῶν καὶ χρόνων τροπὰς, τὸν προσήκοντα καιρὸν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ βεβαίου Πάσχα, λεγούσης τῆς Σοφίας, *Ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς*· καὶ ὅτι φωστὴρ μειούμενος καὶ αὐξούμενος, *μὴν* τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστιν. Ἡ βίβλος τῆς Γενέσεως οὕτω διηγεῖται· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀρχὴ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· καὶ ἔστω εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς· καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς.* Πάντα δὲ ταῦτα ἠναγκάσθην παραγνῶναι τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν, ἵνα δείξω ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν μὴ εἶναι τὴν σελήνην αἰτίαν φρενοβλαβείας, ἀλλὰ τὸν κακομήχανον καὶ δόλιον διάβολον. Οὗτος γὰρ ὑπάρχει ἐν κακοῖς τεχνίταις· μὴ δυνάμενος ἄλλως πως τὰ κτίσματα ἐκθειάσασθαι, ἢ καταναγκάσαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν εἰδωλοποιΐαν, ἐπιτηρεῖ τὴν νεομηνίαν τῆς σελήνης, ἢ ὅταν ἔχῃ ε', καὶ τότε ποιεῖ τὸν ἐπιληπτικὸν κράζειν, ἀφρίζειν, βάλλειν ἑαυτὸν κατὰ πυρὸς, ἢ ὕδατος, ἵνα οἱ γεννήτορες αὐτοῦ, ἢ οἱ ἀδελφοὶ, ἢ οἱ προγενεῖς ἀναγκασθήσωνται τῇ σελήνῃ προσκυνῆσαι, νομίσαντες, ὅτι αὕτη ἔπεμψε τὸν δαίμονα τῷ νεανίσκῳ. Ὅθεν καὶ οἱ Ἕλληνες βασίλισσαν αὐτὴν προσαγορεύουσι τοῦ οὐρανοῦ, οὖσαν δουλίδα τῆς νυκτὸς, καὶ ὑπηρέτριαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· οὐ μέντοι δέσποιναν ἢ ἄρχουσαν. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰησοῦς ὁ διάδοχος Μωϋσέως ἐκέλευσεν αὐτοῖς εἰπών· *Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼ, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλὼμ, ἕως τοὺς πέντε βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων τροπώσομαι.* Ὁ τοίνυν ἐπιτάσσων ἄνθρωπος τῇ σελήνῃ, πῶς οἷόν τέ ἐστι παρ' αὐτοῖς κακοποιεῖσθαι αὐτὸν ἢ δεσποτεύεσθαι; Ἄπαγε οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ μηχανήματα τοῦ ἀποστάτου δράκοντος, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην καὶ δεισιδαιμονίαν.

A mel, opus prudentis impigræque apis, gestantia, fœnum niteus, omneque herbæ genus auctum hilari facie. Unde lacteo colore est, quia veluti mater infantem lactat; sic et ipsa pinguedine et rore omnia succrescere facit. In cœlo posita annorum circulos, mensium terminos, temporum tempestatumque conversiones, veri ac firmi Paschatis congruens tempus indicat, Sapientia ita loquente: *A luna signum diei festi* [38]: et quia luminare est modo minutum, modo crescens, hinc *men* appellatur. Rem ita narrat liber Geneseos: *Et dixit Deus: Fiat lux in firmamento cœli, ad lucendum super terram, et ad principatum diei et noctis: et sint in signa et in tempora et in dies et in annos: et sint in lucem in firmamento cœli ad lucendum super terram* [39]. Hæc omnia vestræ pietati recitanda duxi, ut ex ipsis rebus atque ex Scripturis divinitus inspiratis ostenderem lunam non esse insaniæ causam; sed malignum dolosumque diabolum. Ipse namque inter malignos artifices annumeratur, et cum non possit alia ratione rebus conditis numinis speciem affingere, vel homines ad idolorum fictionem compellere, observat neomeniam lunæ: et cum ad quintum diem pervenerit, tunc procurat ut epilepticus clamet, spumas efferat, sese in ignem conjiciat aut in aquam, ut ejus parentes aut fratres, sive consanguinei, cogantur lunam adorare, rati ipsam puero dæmonium immisisse. Quamobrem Græci reginam cœli vocant ipsam; quæ tamen famula noctis est, et humanæ naturæ ministra, non autem domina et princeps. Quare Jesu Moysis successor præcepit ipsis, his verbis: *Stet sol contra Gabaon, et luna contra vallem Elom, donec quinque reges Amorrhæorum in fugam vertam* [40]. Homo itaque qui lunæ imperat, quomodo potest ab ipsis luminaribus malo affici, iisque subjici? Apage ergo machinas draconis apostatæ, ac gentilem errorem et superstitionem.

B

C

(24) *Ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ὁ δὲ Λουκᾶς λέγει· *Ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, τουτέστι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὡς προοδοποιοῦσαν εἰς τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. Ἥντινα κλεῖδα ἦραν ἀπὸ τῶν μελλόντων δι' αὐτῆς εἰσέρχεσθαι*

Quia clauditis regnum cœlorum [41]. Lucas autem ait: *Quia tulistis clavem scientiæ* [42], id est fidem in Christum, utpote quæ viam paret ad cognitionem veritatis et doctrinæ ipsius. Quam clavem abstulerunt ab iis qui ejus ope intraturi erant.

D

[38] Eccli. XLIII, 7. [39] Gen. I, 14. [40] Josue X, 12. [41] Matth. XXIII, 13. [42] Luc. XI, 52.

(24) In edit. Athan. p. 1009, ex Possino.

MONITUM IN EXCERPTA COMMENTARIORUM IN LUCAM

Hærebamus olim num Athanasius Commentaria in Lucam *edidisset, necne. Licet enim Catenæ* in Lucam *aliquot ejus fragmenta præferrent, non in promptu erat dicere ex Commentariisne, an ex aliis injuria temporum oblitteratis operibus hinc inde exsumpta a Catenarum auctoribus fuissent. His vero prolatis in lucem*

Digitized by Google

Commentariorum reliquiis, vix ambigendi locus superest : quod item de Commentariis in Matthæum *diximus. Nam series ipsa, Evangeliorum interpretem, cui unus ea explanandi scopus sit, arguit ; non autem scriptorem* ἐκ παρέργου, *sive ex occasione, Evangelii dicta afferentem : quod sane sagaci cuilibet perspicuum fore arbitramur. In editione autem Athanasiana nostra, nonnulla* in Lucam ἀποσπασμάτια *protulimus : verum sub hæc in multa alia incidimus, quæ sive ex codicibus mss. sive ex Catena edita* in Lucam, *jam triplo saltem auctiora prodeunt. Horum porro Athanasium vere auctorem esse produnt, cum styli genus plane Athanasianum, tum ea quæ contra Arianos, quasi cum hæc scriberentur turbas dantes, et Verbi deitatem impugnantes, afferuntur. Quæ oratione et arquendi ritu cum Athanasii contra Arianos velitationibus ita congruunt, ut ovum non sit ovo similius. Sub finem vero luculentum habet de expiandis in futura vita levioribus erratis testimonium : ubi clare dicit posse defunctos, qui ex segnitie vel ex procrastinatione aliquid omiserint, amicorum ope juvari; secus eos qui improbe versati, pœnitentiam in hac vita non egerint.*

EX COMMENTARIIS S. ATHANASII IN LUCAM.

Et ecce eris tacens, et non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant ; pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo [43]. Zachariæ non credenti jure non parcit angelus, quia ille steriles alias mulieres, quæ antea pepererant, in exemplum habuit, ut docent Scripturæ sacræ. *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [44]. Neque solum ait angelus ad Virginem, *quod nascetur*, ne ipsi extrinsecus inductum corpus putaretur ; sed illud etiam addidit, *ex te*, ut quod nascebatur ab ipsa naturaliter proditurum crederetur. Sanctum autem vocandum erat, non quasi in ipso Filius Dei habitaturus esset, atque ex participatione esset sanctificandus ; sed quia utpote Filius Dei, vere ac secundum naturam sanctus esset, atque unus. *Et ecce Elisabet cognata tua* [45]. Cognatam autem sanctissimæ Virginis Elisabetam dixit angelus, sive quia ex uno eodemque proavo Jacobo ortum ducebant, sive quia ante datam legem Aaron, qui ex tribu Levi erat, Elisabetam uxorem accepit, filiam Aminadab et sororem Naasson [46], ex tribu Juda orti. Siquidem hic regia tribus Juda, ex qua sanctissima Virgo exorta est, sacerdotali tribui Levi conjuncta est, ex qua Elisabet erat. Quamobrem admirabili prorsus modo sapienti sima sanctissimi Spiritus gratia curavit, ut etiam hæc Zachariæ uxor, perinde atque illa Aaronis conjux, Elisabet vocaretur ; ut vel ex nomine clare edisceremus, cognationem Virginem inter et matrem præcursoris Elisabetam, ex alia illa Elisabeta duci.

Cum porro dixit sanctissima Virgo : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [47] ; id declaravit : Tabula sum in qua quidquid scribæ placet, describitur. Scribat, pro lubito agat Dominus universi. Accepta angelus a sanctissima Virgine fidei confessione, abscessit ab illa.

Magnificat anima mea Dominum [48]. Sicut enim gloriam Deo afferre, non significat ipsi laudem

A Καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν (25). Οὐ συγγινώσκει δὲ τῷ Ζαχαρίᾳ ὁ ἄγγελος ἀπιστήσαντι δικαίως· διότι εἶχεν ἐκεῖνος εἰς ὑπόδειγμα καὶ ἄλλας στείρας πρὸ αὐτοῦ γενομένας καὶ τεκούσας, ὡς αἱ θεῖαι Γραφαὶ διδάσκουσιν. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ τὸ γεννώμενόν φησι πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ· ἀλλ' ἐπήγαγεν καὶ τὸ, ἐκ σοῦ, ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστευθῇ. Ἅγιον δὲ κληθησόμενον, οὐχ ὡς ἔνοικον ἔξοντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθησόμενον, ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν ἅγιον,

B τῷ τὸν αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ, καὶ ἕνα εἶναι. Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. Συγγενῆ δὲ τῆς παναγίας Παρθένου τὴν Ἐλισάβετ εἶπεν ὁ ἄγγελος, εἴτε ὡς ἐξ ἑνὸς προπάτορος τοῦ Ἰακὼβ ὑπαρχούσας, εἴτε διὰ τὸ πρὸ τῆς νομοθεσίας λαβεῖν τὸν Ἀαρὼν, ἐκ τῆς τοῦ Λευΐ φυλῆς ὄντα, γυναῖκα τὴν Ἐλισάβετ, θυγατέρα οὖσαν τοῦ Ἀμιναδὰμ, τὴν ἀδελφὴν Ναασσῶν, ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ὑπάρχοντος. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα συνήφθη ἡ βασιλικὴ τοῦ Ἰούδα φυλὴ, ἐξ ἧς ἦν ἡ παναγία Παρθένος, τῇ ἱερατικῇ τοῦ Λευΐ φυλῇ, ἐξ ἧς ὑπῆρχεν ἡ Ἐλισάβετ. Διὸ καὶ παραδόξως ἡ πάνσοφος τοῦ παναγίου Πνεύματος ᾠκονόμησε χάρις καὶ ταύτην τὴν Ζαχαρίου γυναῖκα Ἐλισάβετ προσαγορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ Ἀαρών· ὅπως διὰ τοῦ

C ὀνόματος ἐναργῶς μάθωμεν, ὡς ἐξ ἐκείνης τῆς Ἐλισάβετ ἡ πρὸς τὴν Παρθένον καὶ πρὸς τὴν μητέρα τοῦ προδρόμου Ἐλισάβετ ὑπάρχει συγγένεια.

Εἰποῦσα δὲ ἡ παναγία Παρθένος· *Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου*· τοῦτο ἐδήλωσεν· Πίναξ εἰμὶ, φησὶν, γραφόμενος ὃ βούλεται ὁ γραφεύς. Γραφέτω, ποιείτω ὃ θέλει ὁ τοῦ παντὸς Κύριος. Δεξάμενος δὲ ὁ ἄγγελος τῆς παναγίας Παρθένου τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς.

(26) *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.* Ὥσπερ γὰρ τὸ δοξάζειν τὸν Θεὸν οὐκ ἔξωθεν εὐκλειαν αὐτῷ

[43] Luc. I, 20. [44] ibid. 35. [45] ibid. 36. [46] Exod. VI, 23. [47] Luc. I, 38. [48] ibid. 46.

(25) Hæc ex codice Regio 2428, X sæculi.
(26) Quæ sequuntur ex codice Reg. 1440 desumpta, cusa sunt, p. 1009.

Digitized by Google

φέρειν παρίστησιν, οὐδὲ τὸ ἁγιάζειν τὸν Κύριον προστιθέναι αὐτῷ ἁγιότητα σημαίνει· οὕτω καὶ τὸ μεγαλύνειν τὸν Θεὸν οὐκ ἐπίδοσιν μεγέθους προσάγειν αὐτῷ δηλοῖ· ἀλλ' ὁ μεγαλύνων αὐτὸν τοῦ μεγέθους αὐτοῦ μετοχὴν εἰς ἑαυτὸν δέχεται. Ὅθεν εἴρηται· *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.* Ταῦτα δὲ οὐ δοκεῖ παράδοξα τῷ ἀκριβῶς ἐπισταμένῳ, ὡς ὁ Θεὸς οὐ δέχεται, ἀλλὰ χορηγεῖ τὰ ἀγαθά.

A aliquam et honorem extrinsecus tribuere : neque etiam Dominum sanctificare, significat illi sanctitatem addere ; sic magnificare Deum, non indicat ipsi conferre magnitudinis accessionem : sed qui magnificat ipsum, magnitudinis illius participationem in se recipit. Quamobrem dictum est : *Magnificat anima mea Dominum.* Quæ sane admiranda ei non videbuntur, qui probe noverit Deum nequaquam accipere, sed largiri bona.

Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. Ἀλλ' οἷον τὸ τῆς παρθενίας χρῆμα; Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀρετὰς ἀσκῆσαι θέλων ἕκαστος, ὑπὸ τοῦ νόμου ῥυθμίζεται· ἡ δὲ παρθενία, τὸν νόμον ὑπερβᾶσα, καὶ μείζονι σκοπῷ τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας ἔχουσα, γνώρισμα μέν B ἐστι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, εἰκὼν δὲ τῆς τῶν ἀγγέλων καθαρότητος. Πολλὰ μὲν οὖν εἰπεῖν τις ἔχοι περὶ αὐτῆς· ἵνα δὲ μὴ ἐν φανεροῖς ἐνδιατρίβω λέγων, ἓν ἀντὶ πάντων τοῦτ' εἰπών, τῆς ἀρετῆς ταύτης δείξω τὸ μέγεθος. Ὁ γὰρ Δεσπότης τοῦ παντὸς ὁ Θεὸς Λόγος, θέλοντος τοῦ Πατρὸς ἀνεγεῖραι καὶ ἀνακαινίσαι τὰ πάντα, μητέρα τοῦ σώματος οὗ ἔμελλε φορεῖν οὐδένα πλὴν παρθένον ἠθέλησε γενέσθαι, καὶ γέγονε· καὶ οὕτως ἡμῖν ἄνθρωπος ἐπεδήμησεν ὁ Κύριος· ἵν' ὥσπερ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, οὕτω καὶ ἡ παρθενία ἐξ αὐτοῦ γένηται, καὶ δι' αὐτοῦ πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἡ χάρις αὕτη δοθῇ, καὶ αὔξουσα διαμείνῃ. Ὅσον τοίνυν καύχημα παρθένων ἐστὶ τοῦτο, καὶ γνώρισμα τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, ἔξεστιν ἐκ τούτου μαθεῖν· Εἰ τῶν ἁγίων μαρC τύρων οἱ γονεῖς εἰσι περίβλεπτοι διὰ τὴν τῶν υἱῶν ἀνδρίαν· καὶ χαίρει Σάρρα τεκοῦσα τὸν Ἰσαάκ, καὶ μακάριοι ὅσοι ἔχουσιν ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἰερουσαλήμ, ὥς φησιν ὁ προφήτης· πόσον ἂν τις εἴποι τὸ καύχημα τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ θεοειδοῦς Μαρίας, ὅτι μήτηρ τοῦ Λόγου κατὰ τὴν γένεσιν τῆς σαρκὸς γέγονέ τε καὶ χρηματίζει; καὶ γὰρ τὸν θεῖον τόκον τοῦτον στρατιὰ μὲν ἀγγέλων ὕμνησε· γυνὴ δὲ τὴν φωνὴν ἐπάρασα ἔλεγε· *Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας.* Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κυριοτόκος Μαρία καὶ ἀειπάρθενος, εἰδυῖα τὸ ἐν αὐτῇ γενόμενον, ἔλεγεν· *Ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί.* Ὃ δὲ γέγονε τῇ Μαρίᾳ, τοῦτο πάσαις ταῖς παρθένοις εἰς εὐκλειάν ἐστιν. Αὗται γὰρ ὡς ἀπὸ ῥίζης ἐκείνης λοιπὸν κλάδοι κρέμανται παρθενικοί.

· *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* [50]. At qualis res est virginitas? Nam alias quidem virtutes si quis exercere velit, is a lege dirigitur : at virginitas, quæ legem superat, atque ad præstantiorem scopum vitæ institutum agit, indicium est futuri sæculi, atque una angelicæ puritatis imago. Multa sane de illa suppetunt dicenda ; at ne manifestis in rebus moras traham, vel unum omnium instar erit, quo hujusmodi virtutis præstantiam declarem. Siquidem Deus Verbum omnium Dominus, cum vellet Pater omnia erigere atque renovare, matrem corporis, quod gestaturus erat, non aliam quam virginem esse voluit : quod ita factum est : atque ita Dominus ad nos homo peregrinatus est ; ut quemadmodum omnia per ipsum facta sunt, ita quoque virginitas ex ipso oriretur, ac per ipsum hominibus isthæc gratia tribueretur, atque crescendo perseveraret. Quanta porro sit isthæc virginum gloria, et quod sit illud indicium ejus deitatis, hinc ediscere licet : si sanctorum martyrum parentes ob filiorum fortitudinem conspicui sunt, si gaudet Sara Isaac enixa, et beati sunt quotquot semen habent in Sion, et familiares in Jerusalem, ut ait propheta [50] ; quanti æstimanda est gloria sanctæ Virginis ac divinæ Mariæ, quæ Verbi mater, secundum carnis ortum, est et vocatur? Enimvero divinum hunc partum cum angelorum exercitus celebravit, tum mulier alta voce dixit : *Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti* [51]. Imo ipsa Dominipara et semper virgo Maria, cum nosset id quod in se gestum erat, ait : *Ex hinc beatam me dicent omnes generationes* [52]. Quod autem in Maria gestum est, id omnibus virginibus in gloriam vertit. Ipsæ namque velut ex illa radice ceu virginei pendent rami.

(27) *Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἰεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου· Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται· καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν.* Ὃς οὐχὶ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἕνεκα τοῦ εἶναι καὶ ὑφεστάναι σάρκα πε-

D *Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur : et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum* [53]. Qui non ut esset et exsisteret, aliorum hominum more, carnem induit ; sed ut carnem sanctificaret, factus

[49] Luc. I, 48. [50] Isa. XXXV, 10. [51] Luc. XI, 27. [52] Luc. I, 48. [53] Luc. II, 22-24.

